5.3.255

Digitized by Google



J. G. Seiller sculpsit

Digitized by Google

DOMINICI
GULIELMINI
Medicinæ Doctoris Bononienſis
IN PATRIO ARCHIGYMNASIO
Scientiarum Mathematicarum Primarii Profeſſoris,
Et Aquarum Bononienſium Superintendentis.

OPERA OMNIA
MATHEMATICA, HYDRAULICA, MEDICA, ET PHYSICA.

Acceſſit

VITA AUTORIS, A JO. BAPTISTA MORGAGNI
Med. Doct. & Profeſſ. Patavino Scripta.

CUM FIGURIS & INDICIBUS NECESSARIIS.

TOMUS PRIMUS

GENEVÆ
Sumptibus CRAMER, PERACHON & SOCII.

M. DCCXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE VITA DOMINICI GULIELMINI

Commentariolum

JO. BAPTISTÆ MORGAGNI.

MAjores Dominici Gulielmini Novariæ orti, Cravineam, quod in Valle Antigorii eſt oppidum, migraſſe perhibentur. Hinc certe Avum centum circiter annis ante tranſiiſſe Bononiam, conſtat, & in ea Urbe conſediſſe.

Bononiæ Dominicus natus eſt V. Kal. Octobr. A. D. MDCLV. Principio plura genera doctrinarum attigit; tum verò ad quæ magis ſe ferri natura intellexit, ad illa duo totum ſe contulit, Mathematicam ſcientiam, & Medicam Artem, uſus in utraque nobiliſſimis Præceptoribus Geminiano Montanario, & Marcello Malpighio.

Annum agens XXI. Mathematica illuſtrare cœpit, editis duabus *Volantis Flammæ Epitropejis*. Quibus porro *de Cometarum natura, & ortu Diſſertationem*, ac *obſervationem* addidit *Solaris Eclipſis*. Has duo ſunt conſecuta volumina *de Aquarum Fluentium Menſura*, totidemque *Epiſtolæ Hydroſtaticæ*; quibus nunc tertia adjungenda eſt ex Berolinenſibus Miſcellaneis;

Digitized by Google

neis; & is demum, quem Italice ſcripſit, *de Natura Fluminum* liber.

Quum verò iis ſcriptis de ſua in Mathematicis præſtantia opinionem excitaverat, opere (quod difficilius eſt) confirmavit. Joanni Domicico Caſſino, Aſtronomorum hujus ætatis facilè Principi, in Bononienſi illa celebratiſſima Meridiana Linea inſtauranda comes fuit. Padum autem flumen (ut de reliquis ejus operibus ſileamus) à Placentiæ mœnibus, quibus magis magiſque imminebat in dies, objectis molibus repulit.

Nec vero tanto Mathematico præmia, atque honores defuere. Nam Patria XXX. annos, natum procurationi fluminum, & totius provinciæ aquariæ præfecit, paucíſque interjectis annis in Publicos Mathemat. Profeſſores retulit. Ipſum Kalendarium, ut ibi poſitum eſt in more, conficere, ipſum Hydromettiam primum omnium docere, in his denique cunctis, aliiſque præterea Muneribus ipſius abſentis rationem haberi, & conſervari perpetuo voluit, ex quo ſcilicet ab Ampliſſimo Venetorum Senatu Patavium honeſtiſſimis conditionibus evocatus, in Stephani Angeli Mathematici perilluſtris locum ſuffectus eſt A. D. MDCXCVIII.

Itaque jam nulla in Italia fere tota paulò difficilior Mathematica conſultatio accidebat, quin ejus ſententia à Magiſtratibus, Viriſque Principibus expeteretur. Hinc Mantuam, hinc Cremonam, hinc Mutinam, hinc alio ſæpe accerſebatur. Parmenſium autem Dux, præſertim poſt illud, de quo antea dictum eſt, ad Placentiam opus feliciter abſolutum, & plurimi fecit, & propria auro gemmiſque exornata imagine donavit. Cum verò Ferdinandus de Abdua, & Franciſcus Barberinus Cardinales ab Innocentio XII. Pont. Max. legati eſſent, ut de illis cognoſcerent, quæ inter Bononienſes, & Ferrarienſes jamdiu ſunt controverſiis circa Rheni in Padum derivationem; Dominicus non modo ſuorum apud illos cauſam egit, ſed ab utroque vehementer probatus, juſſus eſt pro ſua peritia, & fide de Aquis etiam Ferrarienſis Agri, & Ravennatis referre. Nec dubium eſt, quin ea quæ ſunt

ſunt ab illo propoſita, perplacuerint, quanquam ob graviſſimas, quas hic referre non attinet, cauſas illæ quidem nondum compoſitæ ſunt lites. Ab ſapientiſſima autem Venetorum Republica alias in Illyricum miſſus ad Caſtri Novi munitiones inſtaurandas, alias in Forojulienſem Provinciam, ut rapidum Amnem, Palmæ proximum, & quaſi impendentem, à munitiſſimo oppido arceret. Quam ſæpe verò de rebus hujuſmodi conſuleretur, quamque item charus haberetur, dici facile non poteſt, nec Venetis quidem ſolis, quanquam his plurimum, ſed & Reipublicæ Lucenſi, & Hetruſcis Principibus, & optimo Ingeniorum Æſtimatori ac Patrono, Clementi XI. Pont. Max. ut à quibus omnibus, & præterea à ſuis Civibus, magnis eodem tempore propoſitis præmiis, & honoribus paulo ante quam è vita diſcederet, eſt vocatus.

Neque in eo Mathematicæ tantum ſcientiæ, ſed & Medica Doctrina ſpectabatur. Emiſerat namque Italice ſcriptas *Conſiderationes ex Figuris Salium erutas*, latine autem *de Sanguinis natura, & conſtitutione Exercitationem, pro Theoria Medica adverſus Empiricam Sectam Prælectionem, de Salibus Diſſertationem & de Idearum vitiis, correctione, & uſu ad ſtatuendam & inquirendam Morborum naturam Exercitationem*: qui fere omnes libri rurſus Batavorum typis deſcripti ſunt. Annumerari his poſſent Epiſtolæ ſex ad G. *Denoües* Italico ſcriptæ ſermone, ſed Gallico tantum editæ. Annumerari autem omnino debet *Sympoſium Medicum ſive Quæſtio Convivalis de Uſu Mathematum in Arte Medica*; nam etſi *Joſephum Donzelinum Antonii Filium Coſſentinum* auctorem præfert; ego tamen certum compertumque habeo, tam illam eſſe Gulielmini, qui ſub ficto nomine latere tum voluit, quam quod maxime. His ut fere Contemplatricem Medicinæ Partem ornavit, ſic aliis viciſſim libris Activam erat ornaturus. Huc enim priores illi tendebant, nimirum ut viam quaſi munirent acceſſuris ad libros *de Febribus*, & *de Methodo Medendi*, quos quidem affectos reliquit. Perfectæ autem plures ſuperſunt Diſſertationes, apud Filium aliæ, aliæ apud Alexandrum *Bonis*, Medicum Venetum, optimis cum ſcientiis, tum moribus ornatiſſimum,

mum, hiſque nominibus Gulielmino Clariſſimum, & in iis *de Materiæ Affectionibus* duæ. *De Principio* autem *Sulphureo* novem, & *de Æthere* unica, quas vivens adhuc emitti juſſera poſt ejus mortem prodiere, eodem Alexandro *Bonis* curante, & ſe, atque earum Scriptore dignam Præfarionem addenre.

Annum agens XXII. à Præclariſſimis Philoſophorum, Medicorumque Bononienſium Collegiis Doctor renunciatus, medicinam domi foriſque cum laude fecit, eoque etiam nomine in comitatu Virorum Principum fuit.

In Anatomico Scholæ Bononienſis Theatro ſolemnem humani corporis diſſectionem adoleſcens non ſine honore adminiſtraverat. Poſtea in cuſtodiendo præclaro Ulyſſis Aldrovandi Muſæo Ovidio Montalbano ſucceſſor eſt datus. Librorum quoque cum philoſophicorum, tum medicorum factus eſt Cenſor. In Patavino autem Gymnaſio primarium Medici Theotici locum ab A. MCCII. poſt diſceſſum Pompeii Sacci Parmenſis Medici Clariſſimi, pro ſua, & illius Gymnaſii dignitate, quę eſt ampliſſima, tenuit.

Porro ejus conſilium ſæpe in morbis difficilimis requirebatur: conſtatque, à Magno Hetruriæ Principe, amplis, ut ſibi Medicus eſſet, fuiſſe præmiis, & honoribus invitatum.

Tanti autem Mathematici, & Medici famam non Italiæ modo, ſed Europæ univerſæ fines peragraſſe, ex eo præſertim agnoſci poteſt, quod non in Patrium tantùm, ſed & in externos Cœtus Doctorum Hominum celeberrimos eſt lectus, Cæſareum N. C. Germanicum, Regioſque item Pariſienſem, Londinenſem, & Berolinenſem.

Acerrimo fuiſſe ingenio, & non deteriore judicio etſi ſcripta ſatis oſtendunt, non alienum tamen eſt addere, qualem in ſcriptis, talem quoque in omni ſermone ſe præbuiſſe. Negare Solebat Montanarius, præclariore, aut promtiore in genio noviſſe quenquam. Alter verò Præceptor Malpighius quanti ipſius judicium faceret, cum ſæpe alias, tum præſertim vita excedens oſtendit, Poſthumi Operis editione illi, & Sylveſtri Bonfiliolo Viro Clariſſimo commendata.

Ad hæc, atque alia quæ natura dederat, animi bona ſin-

Digitized by Google

ſingularis induſtria, & labor aſſiduus acceſſerunt. Nunquam non illum inveniſſes aut legentem aliquid, aut commentantem, aut ſcribentem, aut domi, & in publico docentem, idque eâ diligentiâ, & copiâ, aut acumine, &, quod ſemper eſt caput, ordine, ut ex ejus Diſcipulis nominare poſſem plures nihil à tanto Præceptore degenerantes, niſi cum plures nominaſſem, plures tamen ſuperfuturos eſſe, intelligerem. A publico docendi officio non illum poterat affecta valetudo, non ex recenti itinere languor avertere. Sed neque in graviſſimo, quo confectus eſt, morbo Amicorum moniris precibuſve potuit adduci, ut libros ſeponeret, quos pulvino ſubditos, illis diſcedentibus, ſumebat in manus.

Cæterum in Amicos officioſus, in Præceptores pius, in bene de ſe meritos quoſque gratus, modeſtus præterea, æquus, unoque verbo moribus optimis, & honeſtiſſimis fuit, ut hâc etiam de causâ fieret, ut qui illo familiariter uterentur, hi longè chariſſimum haberent, quo ex numero Patricii Veneti duo non ſunt nobis prætermittendi, Sebaſtianus Fuſcarenus Eques, ac Ædis D. Marci Procurator, dum viveret, Ampliſſimus, Meritiſſimuſque, & Chriſtinus Martinellius Vir Doctiſſimus, & Bonorum omnium Fautor ſummus.

Staturâ fuit procerâ, amplo corpore, atque robuſto, ſed noviſſimè, credo ob aſſiduas lucubrationes, nonnihil incurvo. Nigros habuit vegetoſque oculos, nigra, denſa, magna, & contracta ſupercilia, colorem ſublividum, vultum vero naturâ adductum, & tanquam ad ſeveritatem compoſitum, ut primo aſpectu longè aliter atque erat, aſper auſteruſque putaretur. Valetudine uſus eſt proſperâ, niſi quod adoleſcens pulmone ſanguinem rejecit, conſequente neque brevi, neque periculo vacuâ ægrotatione. Supremis quoque annis lumborum, inprimiſque faucium rheumate frequenter laboravit.

Cauſamque adeo noviſſimæ ægritudinis ex gravedine contraxit. Quæ poſtquam tribus interjectis menſibus remiſerat, iterum ineunte Majo recruduit. Huic cum febris non ſine quibuſdam mentis alienationibus, aliiſque gravioribus ſymptomatibus acceſſiſſet, viſus tamen æger rurſus levari, & fortaſſe

Digitized by Google

D. O. M.

DOMINICO GULIELMINO BONONIENSI
IN PATRIO PRIMUM MOX IN PATAVINO GYMNASIO
MATHESEOS INDE THEORICÆ MEDICINÆ
PUBLICO PROFESSORI PRIMARIO
VIRO MORUM PROBITATE SCIENTIARUM PERITIA
SCRIPTIS EDITIS EDENDISQUE CLARISSIMO
A SERENISSIMA VENETORUM REPUBLICA
HUC INGENTIBUS STIPENDIIS ACCITO ET IN ARDUIS
ADHIBITO
QUEM
DUM CERTATIM MAGNI PRINCIPES MAGNIS MUNERIBUS
AMBIUNT
POST LONGAM DUBIAM VIXQUE MEDICIS EXPLORATAM
ÆGRITUDINEM
IN IPSO ÆTATIS ROBORE FORTUNÆQUE SECUNDISSIMÆ
PLAUSU
PRINCIPUM PRINCEPS DEUS TERRIS ERIPUIT COELOQUE
LOCAVIT
ÆTATIS SUÆ ANNO LIV. SECULI VERO XVIII. ANNO X.
FELIX ABBAS VIALE PUBLICUS BOTANICES PROFESSOR
HORTIQUE MEDICI PATAVINI PRÆFECTUS
AMICO ET COLLEGÆ DESIDERATISSIMO
ÆTERNUM HOC AMORIS ET MOERORIS MONUMENTUM
POSUIT.

Tom. I.

Volantis Flammæ à per Illuſtri, & Excellentiſſimo Domino Geminiano Montanario Bononienſis Archigymnaſii Profeſſore Mathematico, Opticè, ac Geometricè examinatæ. Epitropcia, ſive Propoſitiones Geographico-Aſtronomico-Geometrico-Opticæ à Dominico Gulielmino ejuſdem D. Montanarii Diſcipulo demonſtratæ, &c.

De Cometarum naturâ & ortu Epiſtolica Diſſertatio.

Obſervatio Solaris Eclipſis anni 1684.

Digitized by Google

Obſervationes Philoſophicæ è ſalium figuris excerptæ, Oratio habita in Academiâ Philoſophorum Experimenrorum, ſub auſpiciis Clariſſimi viri Archidiaconi Marſiglii veſpertinis horis 11. Calendas Apriles anni 1688.

Rifleſſioni Filoſofiche dedotte dalle Figure de' Sali expreſſe in un diſcorſo recitato nell' Academia Filoſofica Eſperimentale di Monſig. Archidiacono Marſigli la ſera delli 21. Marzo 1688.

Aquarum Fluentium Menſura nova methodo inquiſita, Pars Prima & Secunda.

Epiſtolæ Duæ Hydroſtaticæ, alrera apologetica adversùs obſervationes contra Menſuram Aquarum Fluenrium à Clariſſimo viro Dioniſio Papino factas, & Act. Erud. Lipſiæ anni 1691. inſertas: alrera de velocitate, & motu fluidorum in ſiphonibus recurvis ſuctoriis.

Epiſtola ad Præſidem, de aquarum Fluentium Menſurâ, quâ reſpondet Epiſtolæ Dioniſii Papini ad Hugenium. (ſerius editur, quòd occaſio hactenus defuerit.)

De Fluminum Naturâ Tractatus Phyſico-Mathematicus, in quo præcipuæ Fluminum proprietates manifeſtantur, plurimæ hactenus ignotæ indicantur, earumque cauſæ facili merhodo demonſtrantur.

Della Natura de' Fiumi, Trattato Fiſico-Mathematico, in cui ſi manifeſtano le principali proprietà de' Fiumi, ſe n' indicano molte ſi hora non conoſciute, è ſi dimonſtrano d' una maniera facile le cauſe delle medeſime.

Tom. II.

Exercitatio Phyſico-medica de ſanguinis naturâ & conſtitutione.

Pro Theoriâ Medicâ adversùs Empiricam ſectam prælectio habita Patavii die 2. Maii 1702.

De Salibus Diſſertatio Epiſtolaris Phyſico-Medico-Mechanica.

Exercitatio de Idearum Vitiis, correctione & uſu, ad ſtatuendam & inquirendam Morborum Naturam.

De

Digitized by Google

De Principio Sulphureo Diſſertationes, quibus Mantiſſæ loco acceſſit, Diſſertatio de Æthere, opus poſthumum.

Epiſtolæ Amabææ Jo. MAR. LANCISII & DOMIN. GULIELMINI

Diſſertationes Duæ poſthumæ de Primis materiæ affectionibus, & de Origine, & Proprietatibus primarum Affectionum Materiæ.

Epiſtola ad ALEXANDRUM BONIS de Venetiis de Quinquina cortice *ſeu* de ejuſdem operandi ratione cum Diſſertatione.

JULII MONILIENI ad Vir. Clar. & Erud. D. FRANC. ALFONS. DONNOLI Prof. Patav. *de Ejus Bello Civili Medico* nuper edito EPISTOLA.

JOSEPHI DONZELINI Antonii Filii Coſſentini *Sympoſium Medicum ſive* Quæſtio Convivalis *de uſu Mathematum in Arte Medica*.

THEOPHILI ALETHINI Epiſtola Qua ex Doctrina, allata in Recenti libro, cui Titulus, *De Moralibus criticæ regulis* compendioſa monita oſtenditur, in celebri Controverſia inter CLARISS. MED. MARCELLUM MALPIGHIUM & JOANNEM HIERONYMUM SBARALEAM, Non illum, ſed hunc fuiſſe provocantem, injurium, contra Sententiam in Libro prædicto aſſertam.

Tab. VII.	461
Tab. VIII.	494
Tab. IX.	502
Tab. X.	551
Tab. XI.	564
Tab. XII.	615
Tab. XIII.	631
Tab. XIV.	651
Tab. XV.	656

Digitized by Google

Errata

P. 273. Col. 1. lin. 7. I lege. L p. 279. col. 1. l. 8. poſt *concurrat adde Sphæra* p. 288. col. 1. corol. 21. l. b. poſt ſtratorum adde vaſi majoris A F, fuerit æqualis numero, vel altitudini ſtratorum lin. 12. col. 1. poſt *ideoque*, rejecto *tot*, adde tantùm l. 13. col. 1. pro *ſecundâ* lege primâ l. 14. col. 1. loco à *Vaſe* lege Vaſis A F quantùm cum ſecundâ deſcendentibus ſphæris vaſis D G. p. 289. l. 14. loco à *preſſione F. circa preſſionem* G lege à G m F p. 319. lin. 35. col. 1. poſt *velocitas*, adde huic quam habebit in B. p. 335. col. 1. l. 5. puncto, lege puncta l. 8. DCB. l. D B C.

VOLANTIS FLAMMÆ

A Perilluſtri, & Excellentiſſimo Domino

GEMINIANO MONTANARIO

Bononienſis Archigymnaſii Profeſſore Mathematico Optimè, ac Geometricè examinatæ

EPITROPEIA

Sive Propoſitiones Geographico-Aſtronomico-Geometrico-Opticæ,

A DOMINICO GULIELMINO

Ejuſdem D. MONTANARII diſcipulo demonſtratæ.

Illuſtriſs. atque Ampliſſimo Bonon. Senat.

ANGELO MICHAELI VASTAVILLANO.

VIR ILLUSTRISSIME ac SAPIENTISSIME!

QUæ te feliciter auſpicante mearum Theſium bono omine ſemina jeci, ea mox nata, & adulta, nunc tandem ad maturitatem delata tuis humillimè devolvo pedibus Illuſtriſſime Senator; Theſes ſcilicet meas ad defenſionem Amantiſs. Præceptoris mei olim expoſitas; nunc in Propoſitiones mutatas, & firmiſſimis roboratas demonſtrationibus; adeo ut jam tandem cauſa non lateat, cur in

Digitized by Google

eas Adverſarii non irruant, non impugnent, non compareant. Et ſi dum coram Literaria Republica eas, non *cæcis, & inconditis vocibus,* ſed qua ex omni capite decebat, & urbanitate, & modeſtia propugnaturum me expoſui, te imploravit Veritas patronum, quis dubitet tui effectus patrocinii non alii, quam tuo nomini debitos? Excipe igitur, Vir Illuſtriſſime, benigno, quo ſoles vultu has quas majori, quo poſſum erga te animi mei obſequio reverenti, tibi offero, qualeſcunque ſint ſtudiorum, laborumque meorum primitias; humaniori, quo viges animo firmiſſima hæc doctrinæ D. Præceptoris mei tutamina, ex quibus duplici (fas ſit) me noſcam honore inſignitum; uno ſcilicet, quod ſub patrocinio tuo ſublimi, Senatoris videlicet undequaque Ampliſſimi, & non ſolum univerſali ſcientiarum omnium cognitione; ſed & quarumcunque aliarum animi dotium, quibus alii, etiam divitis beatos jure bono ſe facerent, collectione gaudentis, mihi impoſterum liceat æquo animo conquieſcere; altero quòd ſi non voce, quod volui, ſaltem calamo, & ſcriptis, ad quod non tenebar, cum viro, ſi non omnimode Mathematico; ex aliis tamen partibus noſtri temporis Scriptore non infimo fælici Marte dimicarim. Vale.

Bononiæ Kal, Auguſti 1677.

Dominationis Tuæ Illuſtriſſimæ

Addictiſſimus & Obſequiſſimus Servus

DOMINICUS GULIELMINUS.

LECTORI MATHEMATICO.


QUoniam *ex facto Jus oritur*, ut ait Juriſconſultus ſeriem facti in ipſo hujus opuſculi limine de facili expectaveris Lector, ſed cum de ea aliquatenus in Epiſtola ad Illuſtriſs. Veſpinianum poſt ſequentes Demonſtrationes inſerta, ſit dictum non eſt cur te longiùs hic ſiſtam, poſtquam te monuerim D. Cavinam licet Concluſionibus meis quibus coram diſputandis vocatus adeſſe detrectavit, nihilominus reſponſiones quaſdam ſcriptis primò, deinde etiam Typis evulgaſſe, quas operæ prætium exiſtimavi ſingillatim ipſis meis Concluſionibus, demonſtrationibuſque ad verbum fideliter ſubjicere, eaſque brevi calamo expungere, ut ſcilicet omnia ad ſeatentiam circa controverſiæ hujus partem Doctrinalem pronunciandam tibi neceſſaria, ſub oculis haberes, dum quæ reliqua ſunt, judicata jam cenſeo. Tu interim æqua Trutina omnia penſa, Judica, & Vale.

Si fuerit cauſa inter aliquos, & interpellaverint Iudices; quem juſtum eſſe perſpexerint illi juſtitiæ palmam dabunt. Deut. 25.

THESIS

2a

Digitized by Google



Digitized by Google

THESIS
SIVE
PROPOSITIO PRIMA.

Corpus luminoſum, quale fuit Flamma Volans ſub Faventino Meridiano conſtitutum in perpendiculari à terra diſtantia milliarum 90. atque ab Horizonte Faventino gr. 50. elevatum juxta aſſerta Obſervatoris Faventini obſervabile fuiſſet Italiæ à Barienſe tractu uſque ad Alpes Rheticas, & ultra ipſi Rhetiæ Helvetiorum parti, Pedemontio, Allobrogum, Provincialiumque Orientalioribus, ita ut ſupra extremos harum regionum Horizontes ſaltem 15. gr. elevaretur.

Sit C F pars circumferentiæ terre-
Figur.I. ſtris, cujus centrum A, & B Phænomenon ita ut B F ſit milliaria 90. quorum F A, vel C A eſt 3690. erit ergo tota A B milliaria 3780. & angulus B C A gr. 105. (conſtat enim ex recto ſub Horizonte, & gr. 15. ſupra) ex quibus Trigonometrice eruitur angulus A gr. 4. 27. ad quam diſtantiam in circulo maximo obſervabilis fuiſſet Flamma circa punctum perpendiculi Flammæ ſub Meridiano Faventino nempè ubi elevatur polus gr. 43. 8. ut ex Adverſarii aſſertis, ſed Bormium in Rhetia non diſtat ab hoc loco ultra gr. 3. minut. 45. Barium vero ipſum paulo ultra gr. 4. cum dimidio, ergo, &c. quod erat probandum.

Objicit Obſerv. Fav. Corpus luminoſum, quod radios inſtar Solis, vel alterius corporis cæleſtis undique ejacularet, & tamquam ſenſibile excellens oculos læderet, vel cæteret obſervabile eſſet, ut infertur; corpus vero ignitum, quod omnem radiationem ſurſum exerat admixtam fuligine, & opacitate, & tranſeat per medium denſius, vel obſcurius, quale eſt aër terræ vicinior, obſervabile tantum eſt iis, qui ebulitioni clarius ſpectata magis expoſiti ſunt, & ab admixta laterali fuligine minus impediuntur; aëris enim ad horizontem craſſities tandem opaci, vel quaſi naturam induit, & luci etiam fortiſſimè reſiſtit, ut videmus in Oriente Sole, & hac eſt ratio, cur dixerim in mea Diſſ. 2. pag. 4. Objectum ad datam diſtantiam ratione Geometrica viſibile obſtaculis Phiſicis intra eandem diſtantiam inviſibile fieri. Hac adhibita diſtinctione obſervabile fuit, ut ex meis aſſumptis infertur. Tempus rem aperiet.

Reſp. & quæro utrum *jubar Flam-*

mæ Lunæ totali apparenter ſimilis, ut ipſe ait Epiſt. 2. pag. 4. fuligini fuerit obvolutum, deinde non video, qui medium obſcurius corporis luminoſi radiationem impediat; denique gratis affingitur hæc fuligo; quia ex relatione D. Barbari Piſcatoribus Ariminenſibus non obfuit, quin Flammam ab ipſiſſimo Horizonte emergentem obſervarint. Cæterum Lectoris eſto judicium an hæc fuligo pro reſponſione ad veritatem propalandam fuerit adducta.

PROPOSITIO II.

Corpus luminoſum ubi ſupra nempe in vertice aſſertæ ab Obſerv. Fav. Parabolæ conſtitutum non apparuiſſet Florentiæ ſub Meridiano, ſed ſub Azimutho gr. 27. à Meridie in Ortum, & hæc differentia reſultat à pauculis illis minutis (nimirum 28. differentiæ longitudinis inter Faventinum, & Florentinum Meridianum) quæ negligenda dixit Fav. Obſerv. Sic etiam Senis apparuiſſet circa Azimuthum grad. 50. à Meridie in Ortum, & tamen juxta Nobiliſſimi Viri relata apparuit in maxima altitudine ad gr. 22. 30. à Septentrione in Occidentem.

Sit A polus Boreus terreſtris, E locus ſub Meridiano Faventino ubi fuit terræ perpendicularis Flamma ſub latitudine gr. 43. 8. ut in prima editione, vel gr. 43. 1. ut ex ſecunda, ſit vero C. Florentia, erit Arcus A C Meridiani Florentini gr. 46. 19. Arcus Fig. II. vero A E Meridiani Faventini gr. 46. 59 vel 46. 52. Primo enim modo cum angulo A gr. 0. 28. provenit angulus A C E poſitionis Flammæ ad Horizontem Florentinum gr. 152. 52. cujus reſiduum ad gr. 180. eſt gr. 27. 9. Azimuthum à Meridie in Ortum, ſecundo modo provenit angulus C grad. 148. 56. cujus ſupplementum gr. 31. 4. Azimuthum à Meridie in Ortum. Quo ad Senas cum ejus Civitatis longitudo ſit gr. 34. 43. Faventiæ verò gr. 34. 59. latitudo autem Senarum gr. 43. 11. ſed loci cui perpendicularis fuit ſub Faventino Meridiano Flamma gr. 43. 8. vel 43. 1. patet in utroque Flammam Senis apparituram fuiſſe ad partes Auſtrales à vertice, non vero ad Boreales, ut de facto apparuit, & ſi eadem Analiſi, qua ſupra triangulum reſolvatur reperietur angulus A C E gr. 130. 29. cujus ſupplementum gr. 49. 31. Azimuthum Flammæ ſub quo videri debuiſſet à Meridie in Ortum, & tamen conſtat eam ibi in maxima altitudine apparuiſſe ſub Azimutho gr. 23. 30. à Septentrione in Occidentem; patet ergo propoſitionis veritas.

Objicit Obſ. *Unde hoc quod Phœnomenon ubi ſupra nempe in Meridiano Faventino fuerit conſtitutum in vertice deſcriptæ Parabolæ? ego certe decernere non audeo, nec dixi. Cæterum nulla mihi fuit quæſtio ad quam plagam apparere debuerit Florentiæ, & Senis quando fuit in Meridiano Faventino,*

Digitized by Google

no, quia hoc pendet à præcognitione altitudinis abſolutæ; oculo enim extra ubicunque exiſtenti, nempe extra planum Meridiani noſtri variatur ſenſibiliter plaga, ſeu gr. amplitudinis ortivæ vel occiduæ pro ratione diſtantiæ à terra objecti viſibilis.

Reſp. haberi in prima editione Epiſtolæ prioris pag. 7. hæc verba: *Sed paraboloicam deſcripſiſſe, cujus quidem parabolæ vertex circa noſtrum hunc Meridianum extiterit, unde vi ponderis inclinatum in inferiora deciderit.* Quæ repetita habentur in ſecunda Epiſt. pag. 9. ex quibus patet D. Cavinam decernere auſum fuiſſe. Scio quidem ipſum non habuiſſe perquiſitionem ad quam plagam debuerit Senis, aut Florentiæ apparere dum eſſet ſub Meridiano Faventino; ſi enim hoc ex hypotheſi inquirere curaſſet ſatis vidiſſet hæc hypotheſi ſuæ refragari, ſuæque methodi eſſet ſuſpicatus inſufficientiam; verum quamvis de amplitudine ortiva, quam hoc loci memorat; nobis inferius ſit differendum, interim falſum eſſe ſciat, quod ſuperius in fine objectionis aſſeruit; oculo enim in ejuſdem Meridiani plano, ſed in diverſis locis exiſtenti ſemper variatur amplitudo ortiva; & pariter poteſt extra ipſum conſtituto non immutari, ut conſideranti patebit.

PROPOSITIO III.

Methodus inquirendi parallaxes corporum in cœlo apparentium per maximas altitudines viſas ſub Meridianis etiam diverſis, qua uſus eſt Fav. Obſerv. ſi adhibeatur Phænomenis illis, quorum trajectio ſit ab Oriente æſtivo in Occidentem hybernum, vel quomodocumque Æquatori inclinata Ageometrica eſt, ac contra Aſtronomiæ, ac Opticæ regulas; non enim valet niſi pro iis Phænomenis, quæ per circulos Æquatori parallelos feruntur; prout ad ea non ad alia uſurpata eſt à Tychone, Landtgravio, Mæſthlino, Galilæo, & aliis.

Fig. III. Sit P C Meridianus Faventinus, & in C Faventia ſimiliter P F Meridianus Florent., & in D Florentia & ſit A B linea lationis Phœnomeni ad Meridianum P C inclinata quomodocumque, quantum ex. gr. patitur obliquitas Orientis æſtivi Faventiæ ſcilicet gr. 33. 30. circiter, & ſit D X circulus minor parallelus latitudinis per Florentiam D, qui ſecabit meridianum Faventinum in X. His ſuppoſitis ſi nulla habeatur longitudinis differentia ſequitur, quod habitantibus in X eadem fuiſſet obſervanda altitudo ab Horizonte, quæ in D, quod tamen falſiſſimum eſt, nam ſi ducatur per D circulus D M minor, circulo P O, maximo; viæ nempe Phœnomeni perpendiculariter ſubjecto parallelus; idem angulus altitudinis obſervabitur in D, ac in M, ut facile ex elementis probari poteſt; & communiter aſſumitur, ſed angulus ad M major eſt angulo ad X, ergo & angulus ad D major erit angulo ad X, quod erat propoſitum. Patet ergo

Digitized by Google

diverſam apparere altitudinem in D, ac in X ac proinde male elici parallaxim, & conſequenter Phœnomeni in A altitudinem ex obſervatione in D ad X translata ſupra baſim C X differentiam latitudinis, ut à D. Cavina factum vidimus.

Equidem hac methodo uſi ſunt alias Tyco, Galilæus, Claramontius, & alij, nempe ex ſola altitudine meridiana ſtellæ novæ Anni 1572. in duobus locis latitudine valde differentibus parallaxim inquirere conati ſunt, & in eo caſu idoneam nemo negavit, utpote pro corpore, quod motu proprio deſtitutum ab Oriente in Occidentem ferebatur, & ſic per viam, quæ Æquatori nullatenus inclinata ſed parallela meridianos quoſvis normaliter ſecabat, quo caſu extra omnem dubitationem remanet in eodem ubique latitudinis parallelo ſub eadem meridiana altitudine obſervandum Phœnomenon, & per conſequens ſpreta meridianorum differentia rectè aſſumitur pro baſi trianguli parallactici ſola latitudinis differentia: ſive motum aliquem proprium habebat, & eo per binas obſervationes diverſis diebus habitas ad horarium in declinationem redacto, ejus rationem pro diverſitate meridianorum habuere, quapropter triangulum Parallacticum iterum rectè conſtituerunt; verum ſi per viam, ut ſupra diximus, Æquatori inclinatam apparenter procedat, erit pro inquirenda parallaxi erronea methodus illa, Ageometrica, ac contra Aſtronomiæ, & Opticæ regulas; Ageometrica quidem, nullo enim modo Geometricis, ut decet, innixa principiis immo eis patuit oppoſita, ut viſum eſt, non Aſtronomica, non Optica; quis enim non videt in perquirenda Parallaxi, ſeu aſpectus diverſitate, errores, quò ad viſam altitudinem (ſi maximè valdè ſenſibiles ſint, ut hac falſa methodo poſſunt pluſquam palmares intervenire) impedire, quò minus aliquid de ea decernere valeamus?

Objicit Obſ. Fav. *Parallaxes corporum per circulum æquidiſtantem telluri, & æquatori parallelum incedentium, hoc eſt lationum, quæ contingunt corporibus ad motum primi mobilis raptis; bene queruntur per altitudines maximas in diverſis Meridianis. In aliis lationibus, quæ ad Æquatorem auctiori angulo inclinantur incerto inclinationis angulo, in incerta variatione diſtantiæ in incerto loco, & initio primi momenti, ejuſque ad horizontalem lineam ratione, quæri poſſunt non præcisè, ſed proximè tantum inveſtigari. Ego id præſtare conatus ſum, & omnem, quæ verum motum aſſequi affectat, operam inanem, & enervem eſſe contendo.*

Reſp. Incertitudines Phiſicæ, quales hic proponit Obſerv. Fav. Geometricam veritatem non lædunt; ſolemne enim apud Mathematicos, & Aſtronomos ſemper fuit ea, quæ incerta ſunt ex parte Phiſica, ſaltem certis, ac Geometricis legibus examinare; adeo ut ſi requiſitæ ad methodum obſervationes quolibet vacent dubio, & Geometrica methodo calculis ſubjiciantur quacunque majori polleant certitudine conſequentia; nec inanem operam puerilemve affectant; qui nimia, ut cum ipſo loquar, diligentia habitas obſervationes quantum eſt ex ſe Geometricam ad incudem redactas, & diſcuſſas emittunt; ſed ii quidem, qui

qui Phiſicis incertitudinibus inſufficientiam methodi copulantes, quâ neque ex certis aliquid elici poſſit, niſi per accidens, conviciis, quamvis perpetam tueri lapſus proprios conantur.

PROPOSITIO IV.

Errat in Geographia quicunque aſſerit Turcas inſulam aliquam poſſidere ab Helleſponto Corcyram uſque in toto Mediterraneo, quæ Horizonti Faventino ad Orientem æſtivum reſpondeat; etiamſi pro Oriente æſtivo tota amplitudo Borealis ab Æquinoctiali ſcilicet ad Tropicum concederetur.

Nullas inſulas Turcicas dari ad Orientem æſtivum Faventiæ nunquam fuerat ſuſpicatus Obſerv. Fav., ut ex ipſius prima, & ſecunda Epiſtola patet; ſed erroris admonitus à D. Præceptore meo ad vocabuli latitudinem confugit, ſub qua non ſolum aliquos, qui circa Orientem æſtivum ſunt, ſed eos omnes, qui ab Orientem æſtivo ad Æquinoctialem gradus ſunt in cenſum vocat, quis verò concedat? ſed pro nunc concedere poſſumus, nec enim ullas intra totam hanc latitudinem Turcarum inſulas invenies, quod ſic patet.

Fig. IV. Sit enim A C pars Meridiani Faventini ex polo A ad Faventiam C ducti, & ſit A E pars Meridiani per Helleſpontum, ſive Seſtos, erit A C complementum latit. Fav. gr. 45. 42. & angulus C A E differentia meridianorum gr. 17. 56.; Ducatur autem portio circuli maximi E C ad rectos angulos ipſi A C erit hæc, quæ Orientem æquinoctialem horizonti Fav. deſignabit, & ſoluto triangulo prodibit arcus A E gr. 47. 7. complementum latitudinis ejus loci, qui Horizonti Faventino ponitur ad Æquinoctialem Ortum ſub Helleſponti meridiano, ſed complementum latitudinis ejus oppidi Sextos ad Helleſpontum ex Ricciolo eſt gr. 47. 44. ergo punctum E cadet ipſi Helleſponto ad Boream min. 37.

His poſitis conſiderandum quod omnes meridianorum portiones à polo ad latus E C interceptæ ſemper minores, & minores ſunt ipſa A E, ut patet ex Propoſit. 6. lib. 3. Sphericorum Theodoſii quare ſi ab Helleſponto Corcyram uſque aliqua ſit Inſula, quæ intra dictum triangulum clauſa ſit nempe ſit ad Horizontem Faventinum ab Ortu Æquinoctiali in Septentrionem, ea habebit latitudinis complementum minus ipſa A E ſcilicet gr. 47. 7. ſed nulla in Catalogis, ſeu cartis Geographicis probatioribus talis reperitur, quin immo ipſa Adrianopolis, etſi mediterranea Urbs Ægeo ad Borream ſita ultra gr. 47. à polo ipſo removetur; nulla ergo eſt Inſula in Ægeo; multo minus in reliquo Auſtraliori Mediteraneo ab Helleſponto Corcyram uſque, quæ Horizonti Faventino ad eam oram reſpiciat; quod erat oſtendendum.

Objicit Obſ. *Dixi in prima pag. 9.*

„ *nè*

„, *ni fallor* hoc iſtis præſertim diebus „ evenit, quod inſulas quaſdam Tur„, cicæ ditionis nobis præter propter „ ad Orientem æſtivum poſitas cir„, ca hos ipſos dies Terræmotus con„ cuſſerit, unde vehemens è terreſtri„ bus cavernis, & carceribus exhala„ tionum copia ſulphuream, nitro„ ſamque ſubſtantiam excluſerit vi „ ventorum agitatam, &c. *Quæ ſi rectè perpendantur, & verbis illis* præter propter *ſua latitudo concedatur*, & nobis *accipiatur non Faventinis tantum, ſed, & aliis viæ Phænomeni ſubjectis, vel vicinis, illudque* vi ventorum agitatam *conſideretur, quatenus exhalationes ibi ortæ in longinquas partes transferri potuerint accendendæ, fruſtra quæritabit. An Turcæ poſſideant Inſulas.*

Reſp. Meam propoſitionem loqui de Inſulis Turcicis ab Obſ. Faventino ad talem plagam affixis contra Geographos omnes data quacumque rationabili latitudine; quantum poſtea ad ly *vi ventorum agitatam* cum ad Inſulas non referatur clarè patet, eis vim ventorum nihil officere, quo minus extra Orientem Æquinoctialem ſint poſitæ.

PROPOSITIO V.

Multò magis errat in Geographia quicunque Leuctram, ſeu malumus Tænariam oppidum vulgò Mayna, *cujus incolæ vocantur* Maynotti, *& inſulam eſſe (eſt enim in Continenti Peloponeſi) & horizonti Faventino ad Orientem æſtivum quantumvis latè ſumptum expoſitam eſſe contendit, cum revera Horizonti illi ſit ad gr. 36. ferè ab Oriente in Meridiem, atque adeo ultra ipſum Orientem Hybernum, & ab Oriente æſtivo gr. 70. circiter.*

Verum miraberis Lector Obſ. Fav. qui inſularum ad Horizontem ſuum in ea parte ſcopulos evaſiſſe putabat tanta ſui vocabuli latitudine admiſſa, ſtatim ad Inſulam Maynam allidere, quæ ultra Hybernum Ortum in Meridiem ſita eſt, & tamen de ipſa ait Epiſt. 3. pag. 4. *Hæc vero Inſula ad Orientem æſtivum nobis præter propter eſt conſtituta, ſed non ad gr. 33. amplitudinis Borealis*; cujus rei veritas ſic oſtenditur.

Sit A polus Boreus C Fav. E Mayna, ſive Leuctrum, & ſit in triangulo AEC, AE complementum latitudinis Maynæ gr. 54. 30. AC complementum latitudinis Faventiæ gr. 45. 42. angulus verò CAE gr. 13. 30. erit baſis EC diſtantia Fav. à Mayna gr. 13. 30. hoc eſt milliaria Flaminienſia 888. ang. ACE poſitionis Maynæ ad Horiz. Fav. gr. 126. à Septentr. per Ortum in Merid. cui ſi quadrantem à Borea ad Æquatorem Dematmus, reſiduus erit angulus poſitionis dictæ ab Ortu in Meridiem gr. 36. circiter, cum autem Hybernus Tropicus Faventiæ oriatur ad gr. 33. 30. amplitudinis Meridionalis patet poſitionem Maynæ ſupradictam eſſe grad. 3. circiter ultra ipſum Orientem Hybernum; non vero ad Orien-

Digitized by Google

tem æſtivum, niſi latitudinem vocabuli Orientis æſtivi ad totum Orientalem ſemicirculum extendat, adde vero Maynam, neque inſulam eſſe, cum in continenti Peloponeſi ſita ſit, ut apud Auctorum Tabulas, & præcipue Nicoloſium in ſuo *Hercule Siculo* pag. 249. quare ex quo totam propoſitionem demonſtratam vides, ſi enim gr. 36. ab Oriente in Meridiem addas gr. 33. 30. ab Oriente ad æſtivum ortum erit ſumma gr. 69. 30. differentiæ inter veritatem, & aſſertum Fav. Obſ.

Objicit *Quidquid tandem ſit de Leuctra, ſeu Mayna, ego Terræmotum non Leuctrum in cauſa facis poſui, & ſi magis favet Agria Terræmotus, ut ait D. Montanarius in Opuſculo pag.* 80. *Agriam non recuſo; Cæterum erravit, ſi tamen erravit in Geographia qui Venetiis ſcripſit* 11. *Aprilis* 1676. *ex Græcorum quorumdam Relatione, de incendio, & vento Theſſalonicenſi,* quale ſi ſente habbi cauſato anco Terremoti in alcune Iſole ſogette al Turco, che fecero non pochi danni & in ſpecie in quella de Maynotti, &c. *Græcis enim & Venetis talia referentibus credere ratio ſuaſit, ſed in incerto relictis ſingularibus, de quibus ut dicitur non eſt ſcientia, ad ſoldiora Philoſophica, & Geometrica me confero.*

Reſpondeo me in hac Theſi non quærere de cauſa Facis; ſed an ſit error in Geographia aſſerere Maynam ad Orientem æſtivum Faventiæ poſitam, quod tamen ulterius propugnare non audet Obſ. Fav. ſed in conſortium æquivoci vocat Venetos Amanuenſes, qui tamen ſi quid de inſula, vel continente exararint, excuſabiles ſunt, eo quod mathematicos non cupiant audiri, ſed in eo certè non ſunt damnandi quod Maynam ad Orientem æſtivum Faventiæ expoſitam dixerint. Quia vero ejuratis ſolemniter Turcarum inſulis ad Agriam tandem confugit; illhuc etiam infra conveniam propoſitione XV.

PROPOSITIO VI.

Linea à corporibus obliquè projectis deſcripta, etſi in parvis jactibus forte à parabolica parum deflecterent; attamen non eſt abſolutè talis etiam in doctrina Galilæi; in longis vero jactibus, qualem ſupponit hunc Obſerv. Fav. mill. 1600. *& ultra, valde à parabola exorbitaret.*

Clariſſimus ille noſtri ſæculi Mathematicus Galilæus in ſuo Opuſculo *de duabus novis ſcientiis* dialog. 4. propoſitione prima, ex ſuppoſitione, quod mobilia ferantur motu æquabili per horizontalem, & verſus centrum in duplicata ratione temporum demonſtravit projecta quævis parabolicæ lineæ portionem deſcribere. Hoc & idem probavit, & ampliavit Torricellius lib. ſuo de motu projectorum. Hæc vero ſuppoſita; ut & ipſe Galileus ibidem monet multis ſunt obnoxia difficultatibus,

caique refert, & approbat, verum,
quæ in parvis diſtantiis nihil ſenſibi-
liter lædant veritatem ſuppoſiti, ut-
pote cum ſummit perpendiculares ho-
rizonti ut parallelas, & lineam ho-
rizontalem quaſi in omnibus ſuis par-
tibus æque diſtantem à centro, &
alia; quæ quidem difficultates Geo-
metricam veritatem excludunt, niſi
projecta in infinita à terra diſtantia
conſtituantur, quod ſupponendum vi-
detur innuere ſuffultus auctoritate
Archimedis, qui ſtateræ lances, qua-
ſi ad centrum æquidiſtanter conni-
ventes aſſumpſit in ſuis Mechanicis.
Verum ſi projectionis amplitudo ſa-
tis late ſe extendat, ita ut horizon-
tibus perpendiculares (relictis pro
nunc difficultatibus aliis) juſtæ quan-
titatis angulum in centro terræ con-
ſtituant, & planum Horizontale plu-
rimum à ſuperficie terreſtri abludat;
ſatis notum ſit ejus propoſitionis de-
monſtrationem corruere, quod Gali-
læus ipſe ibidem aperte fatetur. In
noſtro autem caſu, cum Obſ. Fav.
hanc Flammam velit è Mayna eru-
piſſe, ut aperte colligitur ex ejus Epiſt.
7. pag. 4. eamque interno, aut exter-
no impetu ſub Meridiano Florentino,
aut Faventino, aut Veneto ad 90.
milliarium altitudinem evectum fuiſ-
ſe; nimis ampla eſt projectio, ut
ſalvetur parabolicæ lineæ vel ſenſibi-
lis Figura, eſt enim Faventiæ à May-
na diſtantia, quam ſupra Propoſ. V.
eruimus gr. 13. 30. & hæc proximè
erit ſemiparabolæ amplitudo, & to-
ta amplitudo gr. 27. Major vero eſ-
ſet ſi cadendo à ſumitate parabolæ
ampliorem ſemiparabolam deſcripſiſ-
ſet, ut affirmat Favent. Obſerv. Epiſt.
1. pag. 7. & Epiſt. 2. pag. 9. Quantum
vero abludunt à paralleliſmo rectæ
ad centrum terræ angulum 27. gra-
duum conſtituentes tantumdem à pa-
rabola hanc lineam recedere facilè
dixeris, ſed ut abundantius propoſi-
tio demonſtretur ſit A B C ſuppoſita
parabola, & ſit B M tangens per B,
in qua ſumantur B G, G F, F E æqua-
les; & B X diametro æquidiſtantes Fig. IV.
ducantur G D, F H, E I quæ ſint inter
ſe ut quadrata dictarum linearum B G,
E F, B E, ſic enim ea puncta D H I
eſſent in parabola ut optime demon-
ſtrat Galilæus, verum cum deſcenſus
projecti non ſit ſumendus in linea
diametro parallela; ſed quæ centrum
X terræ reſpiciat veluti in lineis G K,
F N, E O; erunt ſingulæ G K, F N,
E O minores ſingulæ ſingulis ſuis con-
terminalibus G D, F H, E I quare gra-
ve, quod in tempore B O deſcendiſ-
ſet per rectam G D uſque ad para-
bolam D, per rectam G X deſcendet
ultra K intra parabolam; eodemque
pacto ſi tempore B F deſcendiſſet per
rectam F H pari tempore deſcendiſſet
ultra F N intra parabolam, & ſic de
cæteris; quare linea per ea puncta
deſcenſuum deſcripta non erit para-
bola; quod oſtendendum fuit. Quod
autem linea G K minor ſit linea G D,
& ſic reliquæ, ſic oſtendo; ducantur
circuli terrenæ ſuperficiei in plano
ejus parabolæ concentrici ſecantes pa-
rabolam in punctis D H I, & quo-
niam linea G K producta per centrum
ejus circuli tranſit; ejus portio ad
circumferentiam erit minor quam G D;
multoque minor erit ipſa G K quam
eadem G D, quod & de reliquis pa-
tet; ut ultimo loco erat demonſtran-
dum.

Hoc idem corroborant aliæ para-
bolæ

Digitized by Google

bolæ proprietates; certum eſt enim quod linea B C ſecluſis omnibus impedimentis terminaret in centro x, ſicuti & B A ex altera parte; ergo ferretur per lineam in ſe recurrentem, ſed parabola linea eſt ex iis, quæ in infinitum augentur ex Propoſitione 8. lib. 1. Conicorum, ac proinde non in ſe recurrit; ergo evidenter concluditur lineam projectorum non eſſe parobolam, & id etiam in ſententiâ Galilæi.

Similiter quoniam linea B C terminaret in centro x; diameter appoſitæ parabolæ B x vel ipſi diametro parallela aliqua per x parabolam ſecaret duobus in punctis v. g. in B, & x quod eſt contra Prop. 26. ejuſdem lib. 1. Conic. &c.

Poſſent fortaſſe hac de re aliæ affecti probationes; ex parabolæ proprietatibus deſumptæ; verum quoniam Elementorum Conicorum finem nondum ſum aſſecutus, accipiat pro nunc iſtas Obſ. Fav.; quæ debito nequaquam robore ſunt deſtitutæ.

Cognitis quæ ſuperius, videamus quantum noſtra hæc linea à parabola aberret, quod ſic calculo præſtare licebit. Sit A S linea projectionis deſcendens, (quod enim de deſcendente probatur; hoc idem converſo modo de Aſcendente oſtendetur) & ſit S punctum, in quo talis linea terræ ſuperficiem ſecat; hinc quoniam projectum deſcendendo in S tendebat ad centrum ratione ſuæ gravitatis, ſi ducatur linea C S ſecans gr. 13. 30. & producatur uſque in D, tota C D ſuperabit lineam C S mill. 197. & abſcinder lineam A D à tangente per A mill. 908. ferè, quæ ordinatam T S ſuperat milliaribus 47. tota autem hæc tangens, ſi dividatur e. g. in quatuor partes æquales, erit unaquæque ex illis partibus mill. 227. & à punctis F H I ducantur verſus centrum Fig. V. terræ lineæ F C, H C, C I, ita ut quam habet proportionem quadratum A D ad quadratum A F, eandem habeat linea S D ad F M; & ut quadratum A F ad quadratum A H, ita F M ad H O, & ſic deinceps; dum ergo mobile ratione impulſus pertranſiſſet ſpatium A F, ratione propriæ gravitatis deſcendiſſet in M & ſic æqualibus temporibus F H, H I, &c. fuiſſet in punctis O Q, ergo iſta puncta fuiſſent in linea projectionis, & quoniam ut quadratum A D, ad quadratum A F ita S D ad F M, eſt autem quadratum A D 824464. & quadratum A F 51529. erit ut 824464. ad 51529. ita D S milliaria 197. ad F M milliaria 12. paſſ. 312; eodem modo invenietur H O, &c. & quia notum ſemper eſt latus A C, & angulus D A C rectus, & inſuper latera A F, A H, A I facile erit invenire quantitatem ſecantium C F, &c. à quibus demptis lineis F M, &c. remanebit quantitas linearum C M, &c. ex quibus facilè erit cognoſcere menſuram ordinatarum M E, &c. hoc autem totum habetur in appoſito laterculo.

Digitized by Google

mill.	mill. paſs.	mill.	mill.	mill.
CF 3787	FM 12 312	CM 3775	EM 226	EA 12
CH 3807	HO 49 250	CO 3758	OB 448	AB 49
CI 3841	IQ 110 312	CQ 3730	QG 662	GA 108
CD 3887•	DS 197 0	CS 3790	ST 861	FA 192

His inquiſitis, ſi linea projectionis eſſet proximè parabolica deberent proximè eamdem proportionem habere quadrata ordinatarum, ac habent diametri ad verticem interceptæ, ſeu ſagittæ, quod quidem in principio ſatis reſpondet, ſed non verſus medium, & finem, faciamus enim, ut linea AE ad AG, ita quadratum ordinatæ EM ad aliud quadratum; at eſt linea AE mill. 12. AG vero mill. 108. & quadratum EM 51076. quartus ergo proportionalis numerus erit 459684. cujus radix 678. deberet eſſe linea GQ ſi parabola eſſet, at adeſt differentia mill. 16. quæ quidem valde ſenſibilis eſt in noſtro caſu, cum ſextam partem ferè perpendicularis altitudinis adæquet, ergo in longis jactibus linea à centro projectorum, &c. quod erat demonſtrandum.

Objicit Obſ. *Linea à centro gravitatis corporum inter horizontalem, & perpendicularem lineam ſurſum projectorum deſcripta eſt abſolute parabolica, etiam in doctrina Galilai, quod luculenter colligitur ex corollario propoſitionis ſeptima de motu projectorum, quod poſtea demonſtratum fuit per Torricellum de motu lib. 2. prop. 3. & 9. & alibi, etiam in longis jactibus, quorum impetu, & directione cognita tota parabola, & utraque ſemiparabola dignoſcitur abſque diſtinctione majoris, vel minoris, & qui aliter ſentit Torriçellii doctrinam prius excludat oportet.*

Reſp. quod Galilæus, & Torricellius non aliter parabolam demonſtravere, quam in ſuppoſito, ut ſuperius dixi, gravitatem corporum per lineas parallelas horizonti erectas operari, quod falſum eſt, & ſi illis concedendum in jactibus Tormentorum, de quibus agunt, non quidem in aſſerto jactu Flammæ; adde & aliam ſuppoſitionem adhuc re ipſa falſam; motum ſcilicet tranſverſalem æquabilem eſſe, cum ob aëris impedimentum neceſſario extenuetur. Galilæus verò diſertis verbis rem fatetur. dial. 4. p. 185. *Tutte le promeſſe difficoltà ſono tanto ben fondate, ch'io ſtimo impoſſibile il rimoverle, & io per me le ammetto tutte, e concedo, che le Concluſioni così in aſtratto dimoſtrate, ſi alterino in concreto, e ſi falſifichino a ſegno tale, che ne il moto tranſverſale ſia equabile, ne l'accelerazione ſia con la proporzione ſuppoſta, ne la linea del projetto ſia parabolica &c.* poſt quæ, variationis inſenſibilitatem ex parvitate jactuum concludit; quod ſi doctrina Torricellij (quod tamen nego) eſſet excludenda, videat ſi placet Obſ. an id præſtare poſſent à me allatæ demonſtrationes.

PRO-

PROPOSITIO VII.

Si concederetur quod FLAMMA VOLANS è terra erupiſſet per Terramotum Leuctra, ſeu Mayna & quod parabolicam lineam deſcripſiſſet Florentiæ ad meridiem 70. gr. elevatam, & in aſſerta diſtantia à terra, ſequeretur eam Roma, Neapoli, ejuſque Regno per longum verticaliter inceſſiſſe; ac ſubinde Mediolanenſi Ditioni ac ſupra Alpes ad lacum Genevæ proceſſiſſe, quod falſum eſſe conſtat.

Sit A E diſtantia poli Borealis à Leuctra, qualem ſupra poſuimus gr.
Fig. II. 54. 30. & A C diſtantia ejuſdem poli à loco, cui in Hetruria ſub Meridiano Florentino perpendicularis fuit Flamma, nempe in latitudine gr. 43. 11. eritque A C ejus complementum gr. 46. 49, angulus autem E A C gr. 13. 30. è quibus Trigonometricè eruitur ang. A C E gr. 121. 28. Hoc invento ſit A R meridianus Romæ, & A N Neapolis; erit ergo in utroque triangulo A N C, A O C baſis A C cognita cum angulis adjacentibus ſcilicet qui ad C gr. 121. 28. ut ſupra, & qui ad A differentiæ longitudinis inter Meridianos Romæ, & Neapolis cum Meridiano Florentino; ſoluto ergo triangulo A O C prodibit arcus A O gr. 47. 38. complementum latitudinis ejus loci ſub Meridiano Romæ cui perpendicularis fuit Flamma, quod cum complementum Romanæ latitudinis ſit gr. 48. 6. clarè patet differentiam inter iſta duo complementa gr. 0. 28. eſſe diſtantiam Romæ à plano ignis ſub Meridiano, at in eo Azimutho, quod planum viæ Phænomeni ſecat ad ang. rect.; gr. 0. 15. 10. ex qua diſtantia ſequitur Flammam proceſſiſſe diſtantem gr. 12. circ. à vertice Rom.; eadem verò repetita operatione pro Neapoli, & Mediolano invenietur Neapoli diſtantia à vertice, (ex ſuppoſitis Faventinis) fuiſſe obſervandam gr. 8. 54. Mediolani verò gr. 56. 10. ad Septent. ergo ſi concederetur quod Flamma, &c. quod erat probandum.

Objicit Obſ. *Flamma, ſeu, ut ego dixi Fax Volans orta eſt, ut ſemper aſſerui per modum opinandi occaſione Terræmotus Inſularum Turcicarum, non ex ipſa Mayna; dixi enim diſſert. 2. pag. 11. indefinito parabolici motus initio &c. propterea hæc concluſio gratis contra me exponitur, & fruſtra ego replicarem.*

Reſp. Veriſſimum eſſe, quod Obſ. Fav. fruſtra replicaret; non ex eo tamen, quod contra ipſum concluſio non ſit; monitus enim à D. Præceptore meo de non exiſtentia inſularum Turcicarum ei plagæ, ut opus fuerat, eis Maynam ſubſtituit; eamque Orienti æſtivo reſpondere non ſolum non tenuit, ſed & apertè faſſus eſt, ut luculenter colligitur ex ipſius 3. Apol. diſſ. pag. 4. ubi hæc habet. *Ego vero reſpondeo Terræmotum concuſſiſſe quaſdam Inſulas imperij Turcici, & illam maximè quam appellant*

 pellant,

pellant DE *MAINOTTI hæc vero inſula nobis prater propter ad Orientem æſtivum eſt conſtituta.* An poſtea per modum opinandi ex ea Flamınam ortam aſſeruerit, vel alio modo, nil ad me; invariata enim remanet meæ concluſionis evidentia; ſed ſolum fruſtra replicaret ex eo, quod ſolidioribus Trigonometricis, & Geometricis demonſtrationibus inefficacia opponere effugia nimis inutile ſit.

PROPOSITIO VIII.

L*Inea recta quæcunque in Cælo deſcripta etiam in plano paralleli verticalis ſemper eſt in plano circuli maximi; hinc fit eas nobis eaſdem præbere apparentias ac ſi eſſet circulus maximus, & in hoc ſenſu intelligendum eſt ly* apparere, *quo uſus eſt D. Montanarius pag.* 75. *ſui Opuſc.*

Sit deſcripta recta linea quæcumque in Cœlo, etiam in plano paralleli verticalis (non enim, ad quid parallelum verticalem præ cæteris adducat D. Cavina Epiſt. 3. pag. 4., ſatis percipio) primo dico eam eſſe in plano circuli maximi, cum enim ignota ſit nobis diſtantia; loquimur enim in genere de quacunque recta linea; nullam aliam ejus notionem habemus per viſum, niſi quod reſpondeat talibus Cœli partibus, *oculo* (ut Doctiſſ. Gaſſ. verbis utar lib. 1. pag. 706. *ejus rectitudinem ab apparenti Cœli fornice non diſcernente*; ducantur ergo ab oculo ad ejus extrema duæ rectæ efficientes triangulum, & extendantur uſque ad Cœlum fixarum; erit ea in plano ejus trianguli, ſed hoc planum tranſit per centrum ſphæræ, ideſt Obſervatoris oculum, ſeu per terram, quæ ad Cœlum centralis puncti rationem habet, ergo ipſa linea, eſt in plano circuli tranſeuntis per centrum ſphæræ, ideſt maximi, quod primo loco erat probandum. Dixit ſecundo nobis eaſdem præbere apparentias, ac ſi eſſet circuli maximi portio, ſi enim circulus maximus in cœlo ducatur per ea duo puncta ad quæ lineæ ab oculo per illius extrema ductæ pertingunt, ea recta, occultabit oculo noſtro eam portionem circumferentiæ, neque ab ipſa erit per viſum diſtinguibilis, quia *cum oculus non habeat vim diſtinctivam circuli à linea recta* eam lineam cum ſuppoſita portione confundet, ac proinde utrumque veniet ſub iiſdem apparentiis, & per conſequens ea linea eaſdem præberet apparentias, ac ſi realiter eſſet circulus maximus, quod ultimo loco probandum fuit.

Apparere autem ſub ſpecie circuli maximi rectam lineam in præfato ſenſu dixit D. Præceptor meus, non pro oculi deceptione, ut perperam interpretatur D. Cavina, niſi quantum ex ſimilibus apparentiis incertitudo oriri dicatur an ſit recta linea, nec ne, quod aliunde conjectandum eſt.

Objicit Obſ. *Paralleli circuli in Sphæra ſunt, qui non tranſeunt per centrum*

centrum Sphaeræ per prop. 6. lib. 1. Sphaericor. Theod. Circuli vero maximi ſunt, qui, vel, quorum plana tranſeunt per centrum Sphaeræ, ergo quilibet Aſtronomia, vel modicè tinctus colligere poteſt an eadem linea per planum circuli paralleli eaſdem apparentias exhibeat, ac in plano circuli maximi, cum ipſorum centra, & ſic plana invicem diſtent; innumera vero, quæ ex hac concluſione ſequuntur abſurda referendi non eſt locus, veluti portiones circuli maximi ex gr. Horizontis, quæ bifariam ſecantur à circulis maximis non vero parallelis, & quid non?

Reſp. rationem non afferri *cur eadem linea per planum circuli paralleli eaſdem non exhibeat apparentias ac in plano circuli maximi*; eodem enim modo quo Juriſtis ſine legibus, ita Mathematicis, ſine demonſtratione loqui erubeſcendum. At ecce aſſertionis cauſam! Cenſet impoſſibile eamdem lineam rectam ſimul eſſe, & in plano circuli alicujus paralleli, & in plano alterius circuli maximi, & tamen multoties majores circuli à minoribus ſecantur, ſectio autem eſt recta linea, quæ in plano utriuſque extenditur, ſic in noſtro caſu quæ linea in paralleli verticalis plano eſt, eſt etiam in plano circuli maximi, & ſic apparet circulus maximus non quatenus in plano minoris paralleli in quo non eſt oculus ſed quatenus in plano maximi in quo eſt oculus videns.

Porrò allata objectio nullatenus Geometram ſapit, vel Mathematicum; primo quia falſum eſt parallelos circulos in Sphæra eos eſſe; qui non tranſeunt per cenſum Sphæræ. Theodoſius enim falſo hoc loco citatus Prop. 6. lib. primo, de circulorum majoritate, & minoritate, non de eorum paralleliſmo agit; & Æquator dicitur parallelus Tropico, & polaribus, cum tamen ſit maximus circulus; aliquis ergo parallelus circulus tranſit per centrum ſphæræ contra ſuppoſitum. Deinde poſſunt duo circuli minores, videlicet per centrum ſphæræ non tranſeuntes invicem ſecari, ut v. g. in noſtra ſphæra parallelus verticalis cum omnibus Almicantarath, & tamen ſi ſe invicem ſecant, concurrentes ſunt, non paralleli, *infinita alia ex hac poſitione ſequerentur abſurda, quæ referendi non eſt locus, & quid non?* Secundo ex centrorum diſtantia, planorum arguit diſtantiam, quæ argumentatio in ſphæricis *clamat ad Magiſtrum.* Circuli enim concurrentes plana ad invicem diſtantia non habent, cum tamen centra diſtantiſſima obtinere poſſint, ut ſunt in ſphæra Polaris circulus & Meridianus quilibet. Patiatur ergo Obſ. Fav. pro hac vice à Diſcipulo; *quo cum manus conſerere maximè inconveniens eſt homini Mathematico*, moneri parallelos circulos eos eſſe, quorum plana in infinitum producta nullatenus concurrunt & eos in ſphæra eſſe circa eoſdem polos; itemque poſſe circulos in ſphæra ab aliis circulis ſecari abſque eo quod idem centrum ſortiantur, quales ſunt minor quicumque cum maximo.

PRO-

PROPOSITIO IX.

Problema pro amplitudine Ortiva Phænomeni ex quibuſdam datis ab Obſ. Fav. propoſitum, & quod Deſtructionem *Deſtructionum vocat nihil facit contra D. Montanarium; falſum eſt enim eum adhibuiſſe, vel opus habuiſſe amplitudine Ortiva ad ſuos calculos parallacticos, ut Commentus eſt Fav. Obſ. citans pag. 25. Opuſculi D. Montanarii, ubi nihil tale, nec alibi.*

Hæc Propoſitio cum ſit pro quæſtione *de facto* experientia teſtante patebit, legat enim, & relegat quicunque D. Montanarii Opus dictæ Flammæ Volantis, & nullibi eum amplitudine ad ſuos calculos uſum inveniet, quare gratis contra ipſum exponitur, & falſo aſſeritur eum credidiſſe *Facem in mediocri à terra diſtantia ſub eadem amplitudine apparuiſſe Venetiis, Bononiæ, Liburni, &c.* nec in tabula pag. 25. hoc nec per umbram innuitur. Verum hi tacere non poſſum, quam appoſite Problemati ille *Deſtructionis deſtructionum* nomen conveniat; ipſo enim deſtructo, ut mox, corruit tota ejus Apologetica diſſert. qua doctrinam D. Præceptoris mei deſtruere conatus eſt. Videamus ergo qui ad hæc reponat Obſerv.

Obji: *Momentaneum effugium, æque ac ſi problema non evincat eandem abſurditatem in amplitudine ortiva, & in angulo Azimuthali declinationis puncti maxima altitudinis Phænomeni à meridie ſingulorum locorum, quæ dico extrema inter ſe per quadrantem circuli perpetuo ac realiter diſtant data latione per circulum maximum. D. Montanarii pag. 19. ſui Opuſculi in Calculo tertia figura l'angolo* C B L *il quale conſta dell' angolo* L B O *di poſitione di Livorno all' Orizonte di Bologna gradi 31. 41. e dell' angolo* O B C *dal Meridiano a Oſtro Sirocco gr. 22. 30. che in tutto fanno gr. 54. e 11. deinde in Tabella pag. 25. eundem angulum* L B C *ad omnia loca, quantumvis diſſita componit, exhibens laterculum ejuſdem anguli* L B C *ſive* C B L, *compoſiti ex angulo poſitionis Liburni ad ſingula loca, & ex additione anguli* O B C *declinationis Azymuthalis maxima altitudinis viſa à meridie in Ortum gr. 22. 30. nempe ab Oſtro Sirocco abſque locorum differentia Altitudinem maximam ſtatuit inter Ortum, & Occaſum Phænomeni medio itinere, nam pag. 14. Fore Urbani ortum ait da Greco Levante, à Ponente Garbino, altitudinem vero maximam in Oſtro Sirocco; ſic ergo eum maximam altitudinem viſam omnibus locis affingat plaga Oſtro Sirocco, nempe ad declinationem gr. 22., 30. à meridie, per conſequens amplitudo ortiva Borealis reſultat ad omnia loca in gr. 22. e 30. quod impoſſibile eſſe oſtendi; deinde, ex oſtenſa amplitudine Venetiis reſultante gr. 9. e 12. ut demonſtravi, & datis in ſolutione problematis, ſequitur, quod angulus apparentis declinationis maxima altitudinis Venetiis viſus non ſit gr. 22. e 30. ſed*

gr. 9.

Digitized by Google

gr. 9. 12. *diſſimulata interim parallaxi, & ſic angulus* L B C *qui Venetiis ponitur pro gr.* 50. 26. *& iterum pro gr.* 50. 39. *erit mulctandus in gr.* 13. 18. *fere. Et hinc lachrima.*

Reſp. quod allata objectio Falſum ſupponit, vult enim differentiam amplitudinis ortivæ applicandam Azymutho maximæ altitudinis, quod abſurdum eſſe infra prop. 11. oſtendam. At quid inquies Lector Obſ. Fav. ſemel non ſatis monitus errorem recudit, & ſane maximum; nondum enim ſatis perſpexit, quod maxima altitudo in lationibus per circulum maximum, ut de facto noſtra hæc extra dubitationem eſt, ſtatuenda eſt medio itinere inter Ortum, & Occaſum nec ullo modo à plaga *Oſtro Sirocco* removenda, utpote quæ inter duas amplitudines quæcunque ſint, quocunque loco ſint, ſemper mediat, ſed de hoc infra; interim tamen clamat contra ipſum Aſtronomia, & Geometria, cum ait ipſe *Quæ duo extrema* (amplitudo ſcilicet Ortiva, & Azimuthum maximæ altitudinis, *inter ſe per quadrantem circuli perpetuo, & realiter diſtant.* nimis enim à veritate abhorret hoc effatum, cum Phænomenon moveatur per circulum maximum, habeatque parallaxim, & quidem in noſtro caſu valde magnam nempe gr. 81. 31. neque aliud ſit Horizontalis parallaxis quam ſpatium inter utroſque Horizontes à Phænomeno confectum ex quo ſequitur quod ſi de integro ſemicirculo quem ſupra horizontem rationalem conficit, demantur utrimque duæ parallaxes horizontales; portio ejus ſemicirculi extans ſupra Horizontem Phiſicum minor ſit, & inclinata, adeoque ex Horizonte Phyſico minorem ſemicirculo portionem abſcindet, & ſic Azymuthum ortus ab Azymutho maximæ altitudinis; in locis viæ Flammę non ſubjectis PERPETUO DISTAT MINUS QUAM 90. GR. ergo *quilibet Geometria, vel modice tinctus* videat & cognoſcat veritatem aſſumpti, GEOMETRA, ſi verum fatear, indigni; ſed hæc nota ſunt lypis atque tonſoribus, tantum abeſt, ut tanto faſtu potuerit *lachrymas* elicere quibus.

Procedunt leniterque ſonant Clangore cachini.

PROPOSITIO X.

IDem Problema, quod per ſeptem Trigonometricas operationes abſolvit Obſ. Fav.; duabus tantum vel tribus, ſed alia methodo abſolvi poterat facilius, multaque ſuperflua omitti.

Theſis evidenter patebit ſi proponatur Problema illudque, ut expoſitum eſt, duabus Trigonometricis operationibus reſolvatur; id autem hoc ſit.

Data Phænomeni per circulum maximum grandientis à terra diſtantia, & per hac Horizontali parallaxi dataque maxima altitudine ejuſdem ſuper Horizontem alicubi viſa, differentiam,

ſive parallaxim amplitudinis Ortivæ viſæ à vera determinare.

Primo fac ut diſtantia Phænomeni à centro terræ ad ſinum ſecundum maximæ altitudinis viſæ; ita ſemidiametrum terræ ad ſinum anguli, qui additus maximæ altitudini viſæ, efficiet inventum primum.

Deinde Meſologarithmum ſecundum hujus inventi adde Meſologarithmo parallaxis Horizontalis, & fiet logarithmus quæſitæ differentiæ.

Exemplum in noſtro caſu.

OBſervata fuit Venetiis maxima altitudo Flammæ gr. 19. cujus diſtantia à centro Terræ milliaria 3475. ad ſemidiametrum Terræ 3437. & parallaxis Horizontalis gr. 81. 31. igitur ut 3475. ad 94552. ſinum ſecundum gr. 19. ita 3437. ad 93518. ſinum gr. 69. 16. 16., quibus ſi addantur gr. 19. fit inventum primum gr 88. 16.

Deinde inventi pr. gr. 88. 16. Meſol. 2.	8480839
Parallaxis Horizont. gr. 81. 31. Meſol.	1082637
Summa pro differentia quæſitæ amplitudinis gr. 11. 42.	Log. 9530716

Demonſtratio.

IN figura ſint c Venetiæ.

Figur. VII. v vertex Venetiarum.

A Flamma in maxima altitudine.

G I A V H verticalis maximæ altitudinis in orbe Flammæ.

N C K ſectio ejus circuli in ſuperficie ſphæræ.

G F D N horizon rationalis Venetiarum cujus centrum D.

I M E L horizon Phiſicus Venetiarum.

V E D verticalis circulus ad verum ortum D.

D M A via Flammæ in aſcenſu.

V M F verticalis ductus per ortum viſum M.

M E ſive arcus ei ſimilis F D differentia quæſita. Pono; quod arcus M E ſit æqualis horizontali parallaxi gr. 81. 31. ut patet ex triangulo C L B; erit igitur angulus A B G ſumma duorum A C I, & C A B, quorum ultimus tamen ignotus perquiritur in triangulo A C B per operationem primam, & hinc A B G inventum primum, cui æqualis eſt angulus ſphæricus M D F; eo quod D A, D G quadrantes, ideo in ſecunda operatione quæſitus arcus F D trianguli rectanguli M F D, qui erat quærendus. Duabus ergo Trigonometricis operationibus problema abſolvimus, quod faciendum erat.

At quia in Theſi diximus, quod in ejus problemate poterant multa ſuperflua omitti; patiatur tamquam inutiles, ex tam decantato ſuo problemate, expungi totam quartam, quintam, & ſextam operationes, nec impoſterum angulum A F C ſuæ figuræ inquirat, quando in datis habet. Patet ergo evidenter totum id quod fuit in propoſitione aſſertum.

Objectio Obſ. *Hæc concluſio poteſt eſſe vera per illud effatum, quod ait facile eſt inventis addere, vel actum agere.*

Reſp. Quod per me licet, ut ipſe, ex hoc progreſſu & demonſtratione quicquid à ſe fuerit inventum ſecernat, (ut ego de ipſius ſuperfluitatibus) & quod reliquum eſt cui de jure tribuatur.

PRO-

Digitized by Google

PROPOSITIO XI.

Parallaxim amplitudinis Ortivæ alicujus Phænomeni applicare Azimutho maximæ altitudinis ſupra Horizontem abſurdum eſt omnibus Geometris, Aſtronomis, Opticis inauditum, ac intollerabile, *eſt enim idem, ac ortum ſolis cum meridie confundere.*

Figur. VIII.

Sic G F H Horizon rationalis Venetiarum vel cujuſvis loci extra verticalitatem viæ Flammæ, Phiſicus verò eiuſdem loci Horizon B C I ſintque ambo in orbe Flammæ terminati, & ſit via Flammæ hiſce Horizontibus inclinata E F A O, dico maximam altitudinem ſupra utrumque Horizontem obſervandam in eodem verticali. Jungantur enim Horizontum centra D C per rectam D C, quæ producta tranſibit per Zenith N, & ducatur per N D maximus circulus N A B G H I ad planum viæ Flammæ Orthogonalis, quorum ſectio ſit ipſa D B, erunt F A A O quadrantes, quare maxima altitudo Flammæ viſa ex centro D erit in A, ſed etiam portiones A K, A M æquales ſunt nempe reſidua æqualium K F, M O propter plana parallela, ergo etiam ex C maxima altitudo erit viſa in A; nempe in eodem verticali, ſine Azimutho N A B G in quo è centro terræ apparuiſſet. Tametſi ergo Phœnomenon parallaxim, ſive diverſitatem amplitudinis in ortu Phiſico aliquam patiatur, cujus inveniendæ modum in præcedenti tradidimus, nihilominus non eſt ea Azimutho maximæ altitudinis quovis modo applicanda, cum iſtud nequaquam immutetur; & ſi quis ſecus faxit, Abſurdum Geometris, Aſtronomis, Opticis intollerabile committet, quod erat oſtendendum, &c.

Ex his patet, quid ulterius decimæ objectioni reſpondendum: num forraſſe concedendum decantatum toties problema eandem abſurditatem evincere, in amplitudine ortiva, & in angulo Azimuthali, prout tam conſtanter objicitur.

Objicit Obſ. *Ex parallaxi amplitudinis Ortivæ conjicere locum maximæ elevationis Phænomeni ſupra Horizontem, eſt prudentis, & oculati Geometræ; impoſſibilia, & Aſtronomicis legibus pugnantia tradere, & calculis ſubjicere, & Phenomenon mediocris à tellure diſtantiæ alligare eidem ſemper angulo declinationis à Meridie in omnibus locis inter ſe diſſitis, & obſervationes raptim habitas Geometricis demonſtrationibus anteferre, eſt conniventis, & ſtupidi Mathematici.*

Reſp. Quod *Ex parallaxi amplitudinis Ortivæ conjicere locum maximæ elevationis Phænomeni ſupra Horizontem* eſt vitioſum circulum peragere, ac per conſequens non *prudentis, & oculati*; ac potius conniventis, & ſtupidi GEOMETRÆ. Ex quo enim cognoſcitur parallaxis amplitudinis ortivæ? ex ſuppoſita à terra diſtantia: hæc à quo inter cætera eruitur? à loco maximæ altitudinis ſupra Horizontem elicitur parallaxis amplitudinis ortivæ & à parallaxi amplitudinis ortivæ locus maximæ altitudinis ſupra Horizontem;

ergo à loco maximæ altitudinis; qui quidem arguendi modus à logicis, & Geometris vitioſos circulus indigitatur. Quo quid ad toties objecta de angulo Azimuthali reponendum ex dictis apparet. Reliqua tota objectio; quamvis multa falſa ſupponat; attamen allatæ demonſtrationi non niſi conviciis, & ſtupiditate contrariantur.

PROPOSITIO XII.

SI recte percipiam ſenſum verborum Obſ. Fav. epiſt. 3. pag. 10. Quia eadem ratione ſi verticalis per Bononiam, & per punctum maximæ altitudinis Bononiæ viſum ſecaret ad angulos rectos parallelum viæ Phænomeni per Bononiam ductum ſequeretur quod omnis circulus maximus ad eundem verticalem inclinatus non ſit parallelo per Bononiam Orthogonalis) *quod tanquam abſurdum innuere videtur; aſſero planum verticalis illius ſecare planum viæ Phænomeni ad angulos rectos, & ne dum verum eſſe omnes circulos maximos ad eundem verticalem inclinatos parallelo illi Orthogonales non eſſe, ſed eos tantum eſſe Orthogonales, qui per pollos illius paralleli tranſeunt.*

Obſ. Fav. poſtquam *tanto labore* Problema ſuum illud abſolvit, addit, *eodem præterea falſitatis vitio laborat angulus* LBO *ſua quarta figura, quem ipſe facit rectum*; & rationem ſubjungit, *quia eadem ratione ſive verticalis per Bononiam, & per punctum maximæ altitudinis &c.* ex qua propoſitione conditionali videtur velle ex conſequenti falſo falſitatem antecedentis acquirere, & ſic negare primo, quod verticalis per Bononiam, & per punctum maximæ altitudinis Bononiæ viſum, ſecet ad angulos rectos parallelum viæ Phænomeni: ſecundo pariter negare, quod aliquis circulus ad eumdem verticalem inclinatus ſit parallelo per Bononiam Orthogonalis, quod ſecundum hoc aſſertum, in quacumque doctrina, falſiſſimum eſt, ſi circulus inclinatus per polos paralleli tranſeat; ut Apud Thæod. l. p. ſph. prop. 13. & 15. Reſtat igitur ad evincendam falſitatem primi ejus ſuppoſiti, probandum, quod verticalis per Bononiam, & per punctum maximæ altitudinis Bononiæ viſum ſit ad angulos rectos parallelo viæ Phænomeni quod ſic præſto.

Sit AHB Horizon Phiſicus, & Fig. IX. arcus AFB via Flammæ ſupra Horizonrem; & eorum communis ſectio AB; deinde à centro E ducatur EC perpendicularis ipſi AB, & ex C eidem AB erigatur perpendicularis CF; quæ cum chordam AFB bifariam dividat, & perpendicularis inſiſtat, omnium KO, GD &c. maxima erit; erit ergo F punctum maximæ altitudinis; quare triangulum CFE erit ductum per E Bononiam & per punctum

Digitized by Google

ctum maximæ altitudinis, ſed planum CFE Orthogonale eſt ad planum AFB, cum ſit ductum per CE, FC, communi ſectioni AB perpendiculares; ergo planum per Bononiam, & per punctum maximæ altitudinis Bononiæ viſum ſecat ad angulos rectos Verticale viæ Phænomeni, & per conſequens maxima altitudo obſervanda in eo plano, quæ viam Phænomeni orthogonaliter ſecat, quod cum uni parallelorum ſit Orthogonalis, conſequenter, erit etiam parallelo per Bononiam ducto; quod erat oſtendendum.

Eadem ratione maxima ſtellarum tum fixarum tum errantium ſupra Horizontem altitudo obſervatur in meridiano; ipſe enim ad rectos angulos quoſcumque ſtellarum parallelos ſecat: ex quocumque igitur capite notum ſit verticalem maximæ altitudinis ſecare ad angulos rectos planum, & parallelum viæ Phænomeni.

Objicit Obſ. *Vera eſt hæc concluſio, & propterea infero, quod verticalis maximus per Fori' Vrbanum, & punctum maximæ altitudinis Phænomeni, ibidem viſum ut volunt, in Oſtro Sirocco, eſt inclinatus ad verticalem per Bononiam & idem punctum Bononiæ viſum pariter in Oſtro Sirocco, cum ex iis, quæ meo problemate demonſtravi, impoſſibile ſit in duobus locis apparere maximam altitudinem in eodem utrobique Azimutho gr. 22. 30. ab Auſtro in Ortum; ergo angulus* VOB *ſuæ quartæ figuræ non eſt rectus.*

Reſp. quod nobis in Concluſione concordantibus non ſit quæſtio, ſolum noto, quod hæc Objectio, & illatio adhuc falſæ applicationi parallaxis amplitudinis ad Azimuthum maximæ altitudinis nititur, quod omnia ſuperat abſurda.

PROPOSITIO XIII.

SI admitterentur Suppoſitiones Adverſarii, quod ſcilicet Flamma, è Terra eruperit per Terramotum in tanta diſtantia à Faventia, quanta eſt Leuctra, ſeu Mayna, & quod ab Oriente æſtivo in Occidentem hibernum evolaverit, & quod Parabolam deſcripſerit; cujus vertex ſub Meridiano Fav. elevatus fuerit gr. 50. addito tantum, quod circa Liburnum verticalis fuerit, ut conſtat; his inquam Hypotheticè admiſſis, ſed Geometrica Methodo calculatis, prodit diſtantia perpendicularis Flammæ à terra minor 25. milliaribus ſub Faventino Meridiano; & Faventiæ apparuiſſet adhuc altior in Oſtro Sirocco, quam in ipſo meridie.

Fig. X. Sit FP pars Meridiani Fav. LN Liburnenſis, F Faventia; L Liburnum erit ergo LF diſtantia Faventiæ à Liburno per circulum maximum, qua inventa gr. 1. 28. 35. & utroque angulo poſitionis ſcilicet PF, L Liburni ad Horizontem Faventinum gr. 47. 28. 6. & FLN poſitionis Faven-

Digitized by Google

tiæ ad Horizontem Liburni gr. 46. 26. 30, ducatur per Liburnum circulus ad Orientem æſtivum; & ſit LP; ergo in triangulo PFL, ex nota FL, & angulis PFL, PLF (qui ultimus fit ſubtrahendo angulum FLN ab angulo PLN poſitionis Flammæ ad Horizontem Liburni gr. 56. 10, ita ut ſit PLF gr. 43. 30.) ex his, inquam, datis colligitur latus PF gr. o. 17. 48. quo intellecto pro arcu XV in

Fig. XI. XI. Figura ſive pro angulo XFV, & ex diametro XF 3690., & angulo FXG, qui componitur ex recto ſub Horizonte, & ex gr. 50. ſupra Horizontem (talis eſt obſervatio Faventiæ ſub Meridiano) in totum gr. 140., notum ſit latus GF milliaria 3713, à quo dempto ſemidiametro, remanet GV altitudo Flammæ ſub Meridiano Faventino milliaria 23. quæ quidem minor eſt milliaribus 25. ut primo loco oſtendendum propoſui.

Dico inſuper ex iiſdem datis majorem fuiſſe obſervandam altitudinem ab Horizonte in Oſtro Sirocco quam in Meridiano nam ſi in X Figura intelligamus circulum FS, qui vergat ad Oſtro Sirocco erit angulus PFS gr. 22. 30., qui additus angulo PFL conſtituit totum angulum SFL gr. 69. 58. 6. ex quo, & cæteris, ut ſuperius cognitis elicitur latus SF diſtantia Faventiæ à plano Flammæ per Rhombum Oſtro Sirocco gr. o. 15. 13. hinc tranſeundo ad Figuram XI. ſumpto arcu XV ſive angulo XFV gr. o. 15. 13. nota XF ſemidiametro, & GF compoſita ex ſemidiametro, & altitudine, uno milliari ſufficienter in gratiam parabolæ taxata in Oſtro Sirocco, (ut ex 15. Propoſitione patebit) ſcilicet milliarium 3712. non latebit angulus FXG obſervationis in Oſtro Sirocco gr. 143. 10., ſive ſupra Horizontem gr. 53. 10. major obſervatione Meridiana Faventiæ gr. 50. quod ultimo loco fuit oſtendendum.

PROPOSITIO XIV.

Iiſdem iterum Hypotheticè conceſſis, ſed Oriente æſtivo latè ſumpto, atque obſervationibus Liburni; Senarum aliorumque locorum reſpondente, nempe da Greco Levante in Garbino ponente; iiſque Geometrica methodo calculatis prodit perpendicularis Flammæ à terra diſtantia ſub Faventino Meridiano milliaria Bononienſia 40. *circiter, & altitudo ſupra Faventiæ Horizontem viſa, adhuc major in Oſtro Sirocco, quam in Meridiano.*

Eadem calculi methodo, qua uſi ſumus in ante acta, procedentes, hujus pariter in cognitionem deveniemus; nam iiſdem, quæ ſupra inventis, erit angulus PLN poſitio Flammæ hoc caſu gr. 66. 30. à quo ſubtracto, ut ſupra angulo FLN reſiduum PLF erit gr. 21. 3. 30. ex quo, & reliquo angulo baſi FL adjacente conſurgit latus PF gr. o. 34. 55. & hinc in Figura XI. latius FG milliaria 3735. cum Triente & GV mil-

milliaria 45. cum Triente Flaminienſia, ſive Bononienſia, aut Geographica 41. fer; ſimiliter ducto per F arcu F S per Oſtro Sirocco invenietur latus S F gr. 0. 31. 53. & ex hoc, condonatis in altitudine 2. milliaribus, invenietur angulus G X F gr. 141. 4. 17. major obſervatione meridiana gr. 1. 4. 17. quod erat probandum, &c.

PROPOSITIO XV.

Iiſdem adhuc Hypotheticè conceſſis, portio Parabolæ aſſerta, quam Flamma ſupra Italiam deſcripſiſſet vix ſenſibiliter à maximi circuli terræ concentrici circumferentia abluderet, multoque minus, ſi Flammæ continuata conflagratio ab Obſ. Fav. aſſerta, impetum in eandem partem adjiciens concedatur; quare Præceptoris mei Hypotheſis ab ipſo pag. 27. ſui Opuſc. expreſſe his verbis prolata. „ Stante il mio aſſunto, che la Fiamma almeno ſopra l'Italia deſcriveſſe proſſimamente portione di circolo maſſimo, &c. & ſi propriis ſuffulta rationibus, ac obſervationibus totius Italiæ conveniens de ſe ſubſiſtat, attamen Adverſarii poſitionibus luculentius adhuc confirmatur, tantum abeſt ut infirmetur.

Firmatis ex ſuperioribus iis omnibus, quæ ad oſtendendam doctrinæ D. Montanarii inconcuſſam veritatem conducebant, pariter, ac convulſis omnibus quibus Obſ. Fav. eam niſus eſt oppugnare, reliquum eſt, ut etiam ex Adverſarii poſitionibus Præceptoris mei Doctrinam nullo modo infirmari; ſed potius confirmari oſtendam, quod erit, ſi probavero parabolam, quam mordicus tenet Obſ. ea parte, qua Italiæ ſupereminebat, vix à circulo maximo aberrare.

Translatum per maximi circuli planum Meteorum nemo eſt, qui inficietur; quin & ab Obſ. Fav. admittitur Epiſt. 3. pag. 8., ſolum ergo de linea, non de viæ plano quærendum.

Pro qua, ut pateat, aſſumo Lemma Prop. 35. Torricellii de motu projectorum, per quod oſtendit quod in Parabola, rectæ lineæ diametro Parallelæ, ad baſim terminatæ ſunt inter ſe ut rectangula ſegmentorum amplitudinis, ſive baſis.

Sic ergo parabola A F D cujus ſemiamplitudo A C milliaria Faventina 861. ut ſupra Propoſitione 6.; ſitque in F Vertex ſub Meridiano Fav. ad lat. aſſertam. gr. 43. 8, deinde ſit B G milliaria 86. diſtantia ejuſdem loci à Piſauro, & per B ducatur B E ipſi G F parallela, erit ergo, ut quadratum A C 741321. ad rectangulum A B D. 733925. ita C F mill. 192. ad B E milliaria 190. Deinde ducta per E linea E H lineæ B C parallela, & per conſequens, æquali, ſicut erit H C ipſi B E, ſi H C addatur ad C M, fiet tota H M milliaria

Digitized by Google

ria 3780. erunt ergo in triangulo E H M circa angulum rectum ad H nota crura E H mill. 86. H M milliar. 3780. ex quibus innoteſcet E M mill. 3781. ideſt minor ipſa M F unico milliari; ergo portio parabolæ F E, quæ ſcilicet Italiæ ſupereminebat declinat à circulo maximo uno tantum milliari, quæ differentia eſt inſenſibilis, quod erat oſtendendum.

Hinc patet ſuperioribus propoſitionibus ſatis fuiſſe taxatam altitudinem Flammæ uno, vel duobus milliaribus pro minori altitudine in *Oſtro Scirocco.*

At quia repudiata Mayna, Agriam aſſumit, inſtituat eo modo quo ſupra calculum in baſe parabolæ quanta eſt Flammæ verticis diſtantia ab Agria inveniet differentiam, quæ & ipſa ſub ſenſu cadere non potuit.

Parabola igitur in utroque caſu, declinat inſenſibiliter à circulo maximo, quare extra dubium eſt eadem abſurda evinci, ſive Flamma è Mayna eruperit, ſive ex Agria, ut legenti patebit: fruſtra ergo ad Agriam ſe vertit.

Objicit Obſ. *Nituntur falſis ſuppoſitionibus, quod ego dixerim Flammam erupiſſe in tanta diſtantia, quanta eſt Mayna, & quod deſcripta parabola vertex elevatus fuerit ſub Faventino meridiano gr. 50. ſi enim rectè mea verba obſerventur, non dixi quod Fax eruperit a terra per Terræmotum, dixi quidem diſſ. prima pag. 9.* occaſione Terræmotus diruptis aut rarefactis terrenæ ſuperficiei compagibus natum, & inſtar pilæ, quam bombam vocant, tamquam e mortario quodam ejaculatum &c. *ſed in ſenſu diviſo; ideſt occaſione Terræmotus na-*

Effugium inane.

tum, & deinde ſulphuream, nitroſamque ſubſtantiam vi ventorum agitatam, condenſatam, accenſam, ut dixi eadem pag. 9. diſſ. 1. & paulo poſt ſubjunxi, hocque fortaſſe ſenſu Facem ſimilem extra mænia Aquiſextienſia viſam è terra eructatam putat Gaſ-

„ ſendus, *qui loquendi modus* æquo
„ rerum æſtimatori mentem meam
„ ſatis aperit ab afflictis ſuppoſitioni-
„ bus alienam.

„Si vero alicubi per modum opi-
„ nandi dixi, quod vertex circa no-
„ ſtrum hunc meridianum extiterit,
„ ſenſus eſt de meridiano ad quem
„ calculum mea methodo concinna-
„ vi, qui medius quidam eſt inter
„ extrema, non vero dixi, quod pa-
„ rabolæ vertex in Meridiano Faven-
„ tino elevatus fuerit gr. 50. ut enim
„ declaravi diſſert. 2. pag. 11. inde-
„ finito parabolici motus initio) adde
„ & incerta directionis linea) ver-
„ tex ultro citroque contingere po-
„ tuit. Reliqua ex falſis ſuppoſitio-
„ nibus illata non conſidero.

„Portio circuli maximi, quam fal-
„ tem ſuper Italiam deſcripſiſſe Facem
„ aſſumitur Theſi 15. nullam apud
„ doctos fidem habebit. Unde enim
„ ab ingruente impetu circulatis mo-
„ tus in gravibus, ad certum quod-
„ dam inſtar centri punctum non al-
„ ligatis? Continuata, quam mihi
„ exprobrat conflagratio rectum po-
„ tius, quam obliquum iter conci-
„ liaſſet: jucundum eſſet hanc pro-
„ miſcui generis in doctrina motus
„ lineam agnoſcere. Motus enim
„ quaſi rectus & quaſi circularis in
„ projectorum itinere conſideratus,
„ & ſuppoſitus per Nicol. Tart. lib.
„ 20. novæ licentiæ Supp. 2. jam
anti-

,, antiquatus, & obſoletus eſt apud ,, viros Philoſophos, ex quo linea ,, parabolica per Cardanum ſubodo- ,, rata lib. 2. de ſubtilitate, ex per ,, Galilæum aſſumpta, tandem per ,, Torricellium & alios demonſtrata ,, vim principi vel tritæ omnino ſen- ,, tentiæ obtinet ut ait P. Honor Fa- ,, bri dialog. 3. ad mot. local. D. Bo- ,, relli pag. 260.

Reſp. Quæ ſuppono tribus Superioribus prop. ſunt hæc Primo Flammam erupiſſe, e Mayna, aut conſequenter in tanta diſtantia à Faventia, quanta eſt Maynæ & hoc ipſe voluit, dum inſulis Turcicis Maynam ſubſtituit ep. 3. pag. 4. Secundo: ab Oriente æſtivo evolaſſe, quod ep. 2. pag. 4. aperte teſtatus eſt. Tertio Parabolam deſcripſiſſe, quod ipſe paſſim aſſumit, ut eadem epiſt. 2. pag. 9. Ultimo, quod parabolæ vertex elevatus fuerit gr. 50. ſub Meridiano Faventino. cum enim vertex in Faventino Meridiano fuerit, ut ibidem fatetur, & ejus ab Horizonte altitudo in Meridiano fuerit gr. 50. ſequitur Parabolæ verticem in Meridiano Faventino elevatum fuiſſe gr. 50. Quæ ergo in præcedentibus ſuppono, mihi nunc, & Obſer. communia ſunt. Quod ſi non à terra elevatam, ſed in aëre accenſam facem velit, tantum abeſt, ut mea immutetur concluſio, quin potius corroboretur, cùm maximè Parabolæ creſcat amplitudo & ſi pro Meridiano Faventino, Venetum, vel Florentinum, vel Liburnenſem ſubſtituat calculos ad eos Meridianos repetat, & nullam differentiam à meis concluſionibus alienam inveniet. Porro ſi continuata conflagratio *rectum potius, quam obliquum iter conciliaſſet*; cur ad parabolam potius quam ad circulum ejus lineam projectionis (ſi tamen projectio fuit, quod nego) reducit? Reliqua ergo, ut nullius momenti, meis non obnoxia Propoſitionibus aliis conſideranda relinquo.

Hæc ſunt Amice Lector, & alia plura, quæ tum pro Theſium mearum evidentia, & comprobatione, tum pro earum ab Adverſarii objectionibus facili negotio, ut vides vindicatione, in diſputatione *nequaquam ludicra* adduxiſſem.

Judicent modo Viri Docti, cui, & quo ſenſu ſit applicanda Epicteti ſententia ab Adverſario, dum certamen mecum recuſabat, adducta, dicentis *tunc invictus eris, ſi in nullum certamen diſcenderis, in quo tui arbitrij non ſit victoria*, & quam appoſite de ſuis Phrygibus dictum ſit. SERO SAPIUNT PHRIGES.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO ac ERUDITISSIMO VIRO

D. FRANCISCO MARTINO VESPINIANO.

DOMINICUS GULIELMINUS S. P. D.

SI quid diuturnam hanc dulciſſimæ tuæ conſuetudinis privationem, quam triſtiſſime ſentio, graviorem reddit, illud eſt, quod de nova Obſervatoris Faventini tum adverſus D. Præceptorem meum, tum contra meas Concluſiones mox tandem publicata ſcriptura, quam ad me mittis, tecum diſſerere, noviſque quibus iterum impingit ſcopulis jucundo ſermone, ut ſolemus, inter ſerias demonſtrationes adfabulari non concedatur. Sed age, dum tibi ipſi debeo, quod Apologiam hanc jam tandem viderim; quod coram feciſſe jucundum fuiſſet; per litteras exequi non erit inſuave.

Tripartitò quartum hunc operum ſuorum Tomum dividit Obſ. & prima quidem ſectione *Acta* (ut ipſe ait,) *Theſium* mearum producit; at quid in his proponitur? Epiſtola ad Illuſtriſſ. Senat. Marchionem Luparum, quâ provocationem meam, (ut vocat) ad concluſiones, quas evulgavi, publicè diſputandas ubicumque maluiſſet, five hic Bononiæ, ſive Romæ, Patavii, aut Piſis, declinare conatus, eſt; ſed vidiſti, puto, Epiſtolam D. Præceptoris mei, ad Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Marchionem Bonifacium Rangonum, tunc temporis hac de re datam, & probe noviſti D. Montanarium eum non eſſe, qui literario certamine, cum ipſo Obſ. Fav. calamum conferere, ejuſque reſponſionibus obviam iterum, & tertio fieri ſi opus fuiſſet, dedignatus eſſet, ſi tantum non incivili Marte dimicandum fuiſſet; verum non alio nomine Adverſarium ſuum, quem Virum omnigena eruditione, ſi non penitus in hiſce profundioribus Aſtronomicis, Geometriciſque, in aliis tamen quam plurimis præclarum fateri ſolet, aſpernatus eſt, vel ſaltem cum illo deſcendam hanc ſibi cenſuit Arenam, niſi quod viliori, ut ita dicam, armorum genere adverſus literarias cenſuras ſuas. Fav. Obſ. inſurgere non dubitavit; quem enim honeſtum Militem non pudeat dimiſſis gladio, & clypeo pugnis tantum, aut unguibus dimicare?

Vidiſti certe quot convitia, quot ſcommata omni luce indigna contra D. Montanarium in ſua illa Apologetica, quam ſecundam vocat, Obſ. Fav. ubique contorqueat, ſed & videras ante, quanta, & verborum lenitate, & modeſtia erga ipſum uſus fuerat D. Montanarius

rius in ſua Flamma Volante, præſertim pag. 23. ubi ait: *Et haurei ben volontieri trovato, che l'oſſervazione, che di Faenza mi giunſe concorreſſe con quella di tanti luoghi in iſtabilire la maſſima altezza in Oſtro Sirocco, la doue l'Oſſervatore la pone in Oſtro. Ma chi non prova, come hò fatt'io la diverſita del dire delle perſone Idiote, quando ſi eſaminano sù queſto fatto, non può credere la facilità, che e di pigliare da loro qualche sbaglio, &c.* Et paulo poſt pag. 24. addit: *Nel che può egli humanamente haver preſo errore, ò più facilmente quelli, da quali s'informò.* Et tandem pag. 78. & ſequentibus, ubi ne verbulum quidem, quod incivilitatem, quam D. Montanarius numquam non neſcivit, redoleret, contra ipſum Obſervatorem prolatum neque ipſe Obſ. adnotare potuit; ſi hoc unum excipias forte, quod, etſi injurium non ſit, moleſtum tamen ſibi fuiſſe quodammodo præſefert Obſer. p. ult. quod ſcilicet illi *Doctiſſimatus* Titulum non tribuerit, attamen de reliquo nihil citans, aut oſtendens, omnia per contumeliam, & convitianter dicta ubique proclamat.

Verum inter jacula, quæ in D. Præceptorem meum conjicere tentavit Auctor ille, & quibus ſe ipſum potius apud cordatos Viros vulneravit, nullum magis abhorruit D. Montanarius, quam quod ſe Aſtronomicæ fidei circa obſervationes violatæ falſo, & nimis, ſi verum fatear, impudenter inſimulatum cognovit. Meminiſti ſi placet, quandoquidem, & tu aderas apud D. Montanarium, quando ad illum primo delatæ ſunt literæ, quibus inerat Diſſertatio illa ſecunda Auctoris Faventini, quibus vix ad apertis, & cognita convitiorum farragine, quibus, ubicunque oculos convertebat, ſcatere eam animadvertebat cum ad ea verba pervenit pag. 4. *Ego teſtes ſpontaneos accepi, ille non ſine tortura, vere μαρτυρια bono judicio ad normam juriſtarum, &c.* indignabundus ſcripturam projecit, his tamen verbis ad nos compoſito ſtatim vultu ſubridens prolatis. *Queſto Autore ha trovato il vero modo ch' io non li riſponda mai più, ne mai più di lui parli, non eſſendo mio decoro combattere contro tali inciviltà*, verum necdum viderat, quod ulterius ait. *Tranſeat diſtantia ab obſervationibus, ut diximus magis ex fide, quam induſtria comparatis*, quis enim niſi tota perlecta ſcriptura ex hiſce verbis non judicaret Adverſarium ſuperius jam oſtendiſſe obſervationes à D. Montanario adductas, vel fictas, vel ad ſui favorem ſubdolè contortas? quod quantum ab ejus Ingenuitate alienum ſit, non eſt qui neſciat: ſic etiam probè meminiſti, me tunc ſcripturam è terra ſublatam ab ipſo legendam impetraſſe, eumque rogaſſe, ut poſt quam ipſe reſpondere non dignaretur, mihi ſaltem hanc demandaret provinciam, ſed abnuiſſe illum eo titulo, futurum eſſe, quod Auctor iſte *latentem in diſcipulo Magiſtrum* adhuc, vel ſuſpicaretur, vel ſaltem omni conatu cæteris perſuadendum curaret. Verum poſtridie adinveniſſe me modum retuli, quo iſthæc cautela Obſ. ſubriperetur, ſi ſaltem eò me in hiſce ſtudiis profectum exiſtimaret D. Præceptor, ut cum

 ipſo

Digitized by Google

ipſo Obſ. perſonaliter in diſputando congredi, remque tueri ipſo Præceptore abſente valerem; ſic enim futurum ajebam, ut meam qualiſcumque ſit, doctrinam diſſimulare, Præceptoremque ſub meo nomine (quod ipſe penitus averſabatur) Auctorem reſponſionum mearum incuſare amplius nemo valeret. Annuit tandem ipſe, ſeque penitus ab hujus congreſſus præſentia abſtinere decrevit; egoque impetrato ab Illuſtriſſimo D. Senatore Vaſtavillano Aulæ ſuæ domus commoditate Theſes publicavi, quibus nedum omni cum comitate D. Obſ. invitabam, ſed & ipſe Illuſtriſſimus Senator, pro ea qua pollet in omnes humanitate, hoſpitium, omnemque literario huic certamini ſecuritatem ipſi Obſerv. ultro offerre per ſuas literas non eſt dedignatus. Hic vero, ut Agonem declinaret, Concluſiones meas *libellum provocatorium*, ſive, ut aiunt *Cartello di provoca*; hoſpitii benignam oblationem *patente del Campo*, nec quidem per modum metaphoræ, aut perfunctoriè, ſed ſolidè denominans negavit mecum congredi, & de facto, & ſi ſub initium Aprilis Concluſiones publicaſſem, atque iis propugnandis paratum me ſpopondiſſem à die 25. Aprilis ad 10. uſque Maii, nuſquam comparuit.

Vides igitur, mi Ornatiſſime Veſpiniane, quam callidè diſputationem mecum effugere conatus ſit D. Adverſarius, & quam juſtis de cauſis ab hac ſibi nimis impropria contentione abſtinendum cenſuerit D. Montanarius, cui injuſtè adeò & per contumeliam inter alia convicia, etiam fidei defectum inurere conatur Auctor ille, ſed quibus probationibus? quibus indiciis? Teſtes, ſive Relatores de Flammea ignis apparitione undique conquiſivit D. Montanarius, Cognomina Epiſtolas ipſas vulgavit; numeris, quos ipſi conſignarunt, fideliter uſus eſt, quales ab ipſis accepit, nihil immutare auſus; quos vero incenſum vocat Obſervatores ii Nobiles, Doctiſſimi, atque undecunque Spectabiles Viri ſunt, nempe Senis Illuſtriſſimus D. Octavius Malvetius Illuſtriſſ. D. Lucii, ejus Arcis Præfecti Filius, omnibus, & ſcientiis, & artibus; præſertim etiam Mathematicis Ornatiſſimus Mediolani Illuſtriſſimus ac Celeberrimus Sepralius, Venetiis Clariſſimus D. Grandius, ne dum Medendi facultate; ſed & omnis generis eruditione, ibi & per totam, editis operibus, Europam inſignis, cujus Obſervationibus adfuit Famigeratiſſimus ille Aſtronomus Gallus, Adrianus Auzout. Liburni vero ſpectatiſſimus D. Franciſcus Salomonius, atque Egregius Navis Gubernator, & Capitaneus Nutus, at cæteri alibi, quos hic denuo recenſeri fruſtraneum: quanam vero ex his tantorum virorum obſervationibus abuſum dicat D. Montanarium Fav. Obſ. qui illum eas torturæ vi ſibi traxiſſe inverecundè ad eo inſimulat? uter vero teſtificata contorquiſſe in ſuum uſum dicendus? An D. Montanarius, qui eorum numeros nihil immutavit, an Obſ. Faventinus, qui Florentinam dicentem *quaſi verticale* ad diſtantiam 20. grad. à vertice; Venetam

tam verò, per quam, ut ipſe fatetur, debuiſſet juxta eorum relationem gr. 49. cum dimidio ab Horizonte elevari Flamma, ipſe ad 35. tantum, ſuo arbitrio taxat, quaſi gr. 14. cum dimidio aliquid inſenſibile ſit, ac ſpernendum?

Quo vero ad me ipſum, quem uti Diſcipulum ſpernere, ac dedignari videtur Auctor ipſe in hac ſua ultima, ſive tertia diſſertatione, noluit quidem, etſi Diſcipulum me fatear (*non vero Magiſtrum ſub meo nomine latentem*) ſed in me ipſo patentem; experiri ipſe, quid ſibi comparatus, hac ſaltem in diſputatione valerem; ſed Deo ſit Gloria; quotieſcunque ſtat ratio pro me, & veritas, ut modo, non exiſtimeſcam, etiam ſi cum iis ipſis, quibus ſe comparare audet Adverſarius, nempe Carteſio, aut Virgiliano Ænea, quem in fine Epiſtolæ induit, eſſet congrediendum.

Ad ſecundam quod ſpectat Operis partem, ea continet objectiones quaſdam ad Theſes meas ab ipſo dictatas; ſed, ut videri vult, ab Ornatiſſimo Juvene D. Michaele Cantorio deſcriptas, quales jam manuſcriptas publicaſſe hic Bononiæ nonnullos illius Concives, & Amicos audiviſti; & quibus tunc reſpondere ſuſtinui dubius, an ab Auctore probarentur ea, quæ (mirum quam Ageometricè!) ibidem inſerta ſunt.

At poſtquam Adverſario, quem eas repudiaſſe ineptias putabam, placuit illas confirmare, ac veluti à ſe, pro ut ſunt, conſcriptas Typis etiam conſignare, non dubitavi illius reſpondere fallaciis, & parallogiſmos, quibus tantopere tamquam optimis demonſtrationibus adverſus D. Præceptorem meum exultat, detegere, quod quamprimum Typis vulgaturus interim ſcriptis huic Epiſtolæ alligatis tuis oculis ſubjicere non recuſo.

Tertia verò ejus operis pars; qua & nonnulla prædictis addit, & novum calculum ex Liburnenſi, & Veneta obſervatione deductum proponit (quam tamen quis Venetam potius, quam Cavinianam dicat? quæ ſcilicet arbitrio Auctoris conficta, atque è gr. 49. cum dimidio ad 35. redacta arbitrarie, & tamen ex diligentiſſimis D. Grandii perquiſitionibus non exceſſit gr. 19.) & ex hac iterum diſtantiam Flammæ quam per eamdem Venetam obſervationem produxerat milliaria 121. denuo ad milliaria 92. reducit, ac tandem nonnullas aliorum ex Hiſpania, & Germania relationes pro ſe adducit, quas ſuo loco examinabimus.

Interim vero, poſtquam ad ea, quæ potiora cauſæ merita reſpiciunt abundè in adnexis Theſibus ſatisfeci, concedas rogo, ut tecum differens utrique Apologiæ contra D. Præceptorem meum conſcriptæ, quo ad cætera breviter reſpondeam.

Et ut ab ea Diſſertatione incipiam, quam ſecundam Apologeticam vocat, in qua primum contra D. Præceptorem meum invehitur; ommiſſis conviciis, & ſcommatibus quibus tota, quam ad Eruditiſſimum Maliabecchi ſcribit, Epiſtola ſcatet, ubi etiam obſervationum hiſtoriam,

fabulam ſuo fingit arbitrio; vides ſub initium pag. 4. quid reponat Adverſarius ad id quod dixerat D. Montanarius. *Che la Perſpettiva, e la natura della Parabola richiedevano altro methodo per caminare ſenza intoppi,* nempe ſatis ſe tutum exiſtimat ſi aliquem in Optica errorem D. Montanario affingat, quod uti facilius conſequatur vocabulum *apparere*, fingit ſe intelligere pro oculi deceptione, quando D. Montanarius intelligit in ſuo vero, ac naturali ſenſu pro *apparentias præbere*, ſive ſint veræ, ſive falſæ, ſed de hac, quod decuit ad Prop. 8. videbis.

Pergit porro *naturam Parabolæ explicaſſe ſe, & explicaturum eſſe, quantum res ipſa patitur*, ſed ubinam? vidiſti quot fuiſſent ibi conſideranda circa Parabolam Concl. *6.* 13. 14. 15.

At quanta facilitate objectam illi calculorum, ſuorum diverſitatem modo 90. modo 121. modo etiam 143. mill. diſtantiæ Flammæ à terra exhibentium tuetur? Unicam hanc reponit periodum. *Diverſitatem diſtantiarum ex meis calculis emergentem accuſat pag. 79. ad quod infra prolixius occurram*, ſed ubinam? ſcrutare ſi vacat, totam illam Epiſt. nec de hac re verbulum ultra reperies. Verum hanc totius fere rei ſummam, quis non videt? Quod enim porrò objecerat D. Montanarius, Turcas non poſſidere Inſulas ad Orientem æſtivum Faventiæ, & hæc rurſus ab Adverſario inculcatur pro Inſula Maynotarum, quæ ut videbis prop. 5. eſt ultra Orientem Hybernum, non erat in quo vim faceret Præceptor meus, qui Agriam ipſam ad Tibiſcum in Hungaria, ubi Terræmotus fuit circa eos dies, & ſi non Inſulam, ſed in medio Continenti, ſi Adverſario placeret, loco ejus Inſulæ admittendam propoſuit: Geographicum lapſum quicumque fuiſſet, nihili pendens. Cætera ejus paginæ omitto, quæ aut reſponſa non merentur, aut in Propoſitionibus habuerunt, nec ad ea, quæ initio pag. 5. exclamabundus ingerit, calamum ſiſto. Verum non ſilebo callidam nimis artem, qua D. Præceptoris mei Ingenuitatem, & fidem in ſuis relationibus, ad inconſtantiam, & ignaviam trahere contendit; ſi quidem poſtridie, quam apparuit Flamma rem, qualis ſibi, ac quam multis tunc viſa eſt Bononiæ, deſcripſit, & per litteras Illuſtriſſimo D. March. Urſio Mantuam, ipſi vero Adverſario Faventiam perſcripſit; nempe quod *terris proxima hic ſupra Bononiam tranſiverat*, quod *hinc ad quatuor circiter milliaria magno cum ſonitu diſrupta fuerit*, ſic enim a quibuſdam audiverat; ſed ex eo, quod re melius cognita, & aliorum locorum, relationibus auditis, dixerit poſtea in ſua Flamma volante, eam altiorem; quod Ortum, & Occaſum ex plurium teſtimonio, quos prima die non audiverat, exactius determinarit, injuſtè nimis eum inconſtantiæ arguit, diſſimulans interim, quid in Epiſt. ad Illuſtriſſimum Urſinum, poſt ſcripta adjecerit, nempè hæc verba.

P.S. Non è più nativo in queſti contorni queſto Fuoco. L'Ordinario di Milano, che vien di Roma, e che porterà la preſente a V. S. Illuſtriſſima riferiſce haverlo

haverlo veduto circa un'hora, e mezzo di notte paſſando da Acquapendente, e che à Firenze ha udito pure che l'hanno veduto, &c. & poſt alia tandem ſubjunxit. *Con le preſſime ſpero con più ſicuri ragualgli riveri di nuovo V. S. Illuſtriſſima, &c.* verum hanc relationem denuo recudit D. Montanarius pag. 83. ſuæ Flammæ ubi pag. 85. candidè hæc verba ſubjungit. *Del narrato in queſta mia prima lettera non ho che corregere, ſe non in parte la deſcrizione della via, che fece queſto Fuoco; perche eſſendomi creduto, che non foſſe alto da terra, ne pur quanto ſogliono i Nuvoli, io non poteva accordare il detto di molti oſſervatori, ſenza che io ſupponeſſi, che il fuoco medeſimo giunto al monte dell' Oſſervanza, haveſſe piegato più verſo Ponente; ſi come credeva poſcia, che haveſſe ripreſa la ſtrada ſopra l'Alpi, il che tutto hora che ſappiamo eſſere egli ſtato tant' alto da terra, concorda ſenza, che ſupponiamo tortuoſità veruna.*

Hinc vides quanta vi polleat illatio, quam ex hujuſmodi D. Montanarii aſſerta inconſtantia exſugere conatur Adverſ. ad labefactandam fidem, & diligentias, ne dum illius, ſed & omnium, qui juxta illius monita, & præces rem examinarunt ad eumque fideliter retulerunt; Plures ſubinde difficultates congerit ad determinandas eas altitudines, ſed duo tantum hic mihi notanda præ cæteris videntur. Primum quod eædem difficultates in determinandis altitudinibus eo modo, quo uſus eſt D. Præceptor meus, cæterique quos rogaverat, quas ibi tantoperè inculcat, tamquam ſi rem ferè impoſſibilem redderent, eædem contra ſuam Faventinam, contra Florentinam, & Venetam, quas adducit obſervationes ſuo etiam arbitrio caſtigatas validius militant; ſi quidem imperitioribus uſus Obſervatoribus, rem abſque inſtrumento ullo, ſola Idiotarum æſtimatione conficientibus. Si enim intelligentibus, & diligentioribus altitudines per inſtrumenta rimantibus ea obſtant, quæ cumulat Adverſarius, quanto magis ſuis illis abſque ullo inſtrumento fides deneganda? Secundum vero erat notandum quod ad altitudinem ſuam Faventinam 50. gr. in Meridiano ſtabiliendam (quam tamen non prorſus negavit D. Montanarius, ſed non eam maximam fuiſſe dubitavit) ait de ipſa, *quam ego ipſe ex nupera apparitione didici, quando videlicet viſa rei ſpecies memoriæ clarius impreſſa, majorem apud me fidem habuit, quam repetitæ poſt menſem circiter obſervationes* ex quibus verbis clarè vides, quæ fuerit Amicitiæ ejus cum D. Montanario lex, & fides, dum ab eo, ne dum die 15. Aprilis, quæ ultimo repetita Epiſtola fuerat, ſed ipſa prima menſis ejus die, per litteras rogatus, ut ad ſe tranſmitteret habetque apud ſe reſponſum Adverſarii ſub dat. 5. Aprilis inter cæteras pag. 89. quo hæc ſequentia dicebat. *Quanto al Fuoco volante, ſi vidde qui ancora, e ſi udì lo ſcoppio, ma per ragguagliarla fondatamente aſpetto relationi, &c.* Eccur ergo, ſi ex nupera apparitione didicerat ipſe veram altitudinem ejus Flammæ, Amico petenti iterum, iterumque roganti (plures enim de hoc litteras ad ipſum dediſſe

dediſſe teſtatur Adverſarius) diſtulit uſque in diem 3. Maji nempe poſt menſem? *Devo à V. S. molte riſpoſte alle quali ſuccintamente ſodisfarò con queſta, &c.* ubi nihil aliud de hac Flamma, quam determinatam altitudinem ſupra Horizontem Faventinum gr. 50. in Meridiano, addens id quod poſtea tantopere impugnat. *In modo che pare habbia deſcritto, o affettato parte di circolo maximo:* nempe audito Epiſtolis D. Montanarii ſperare ipſum ex obſervationibus aliorum locorum, ſi eo modo & cautelis fierent, quas ipſe tradebat, parallaxim ejus Flammæ eruere, ejuſque à terra diſtantiam, quod nemo antea tentaverat, determinare, putavit poſſe ſe pro ea, qua pollet, ut vidimus Geometria, & Aſtronomia, idem citius perficere ideoque tamdiu petitas obſervationes diſtulit, quo uſque diſſertationem ſub prælo jam jam prodituram habuiſſet; reſpondit enim D. Montanario 3. Maji ſe ne eadem de re aliquid publicaturum ſiluit, ac ſtatim Epiſtolam ſuam Idibus ejuſdem Menſis evulgavit. Caute egit: ſed cui bono?

Sequitur pag. 6. ubi damnat interpretationem vocabuli *quaſi verticale* in obſervatione Florentina, quod D. Montanarius de gr. 6. vel 7. diſtantiæ à vertice poſſe intelligi dixerat, ſuam potius grad. 20. propugnans, ſed quo argumento? Ædipum conſule: ecce illius verba: *Sed D. mei Mathematici infelix memoria tunc male conſtabat duplici ex cauſa. Dixerat nempè pag. 11. viſum Piſauri deſcendere* quaſi à perpendicolo verſo l'Horizonte; *intelligi poteſt deſcendere à vertice perpendiculariter verſus Horizontem (quod fieri non poteſt niſi per lineam, ſeu planum apparenter inclinatum gr. 45. hoc eſt ſemirectum) ſed non poteſt intelligi quaſi verticale quod* 18. *vel* 20. *gradibus diſtat à vertice. Videant Viri docti, eoque magis cognoſcant declinationem veram grad.* 20. *à vertice pro quaſi verticali accipi poſſe.* Oh novam, & inauditam Geometræ doctrinam! non poteſt deſcendere quaſi perpendiculariter ad Horizontem niſi per planum apparenter inclinatum gr. 45. vel ſemirectum? quid hoc ſibi vult? quis hæc dicat? quid ad hoc, quod Vitello dicat diſtantias Stellarum circa verticem ſemper minores apparere ad probandum illud *quaſi verticale* magis proprie intelligendum de diſtantia 20. quam 6. gr. à vertice quando præciſum verticale eſt, quod nihil à vertice diſtat?

Ejus generis eſt quod ſubdit: *Nec memoria tenebat quod ait pag.* 11. *nempè quod ex ſuppoſita Phænomeni in Auſtrum à vertice Liburni declinatione gr.* 5. *verticalitas Phænomeni, nec quidem* 4. *millia paſſ. ultra Liburnum habitantibus acciderit, ſed paulo pluſquam* 3. *mill. paſſ. ultra Liburnum intelligendam verticalitatem. Ego vero ajo, ſi gr.* 5. *declinatio à vertice Liburni non removet verticalitatem verſus Auſtrum* (quis verſus Auſtrum dixit?) *pluſquam tribus mill. paſſ. nec etiam declinatio* 6. *vel* 7. *eandem verticalitatem à vertice Florentiæ in Auſtralem partem removebit ultra* 6. *mill. paſſ. ſed Liburnum Auſtralius eſt Florentia minutis* 21. *&* *per conſequens mill.* 21. *&c. ergo vel falſa obſervationes Liburni, vel male reducitur obſervatio Florentina,*

Digitized by Google

rentina, quod magis credendum eſt, & ideo reſtituenda ſuæ altitudini gr. 70. *&c.* Verum ad hæc breviter.

In Tabula aliqua Geographica, ut ea Magini, aut alia, in qua ſit Liburnum, & Florentia deſigna, per Liburnum rectam lineam ad regionem Græco Levante per quam inceſſit Flamma, & quam tandem amplectitur etiam ipſe Obſ. Fav. in ultima hac diſſertatione adverſus Concluſ. meas pag. 11; videbiſque eam prope Florentiam circa oppidum Anciſæ 10. mill. paſſ. à Florentia pertranſire, quinimmo huic lineæ aliam Orthogonalem per Florentiam ducito quæ ſcilicet tendet in *Oſtro Sirocco*, & hæc non ultra 6. vel 7. mill. extendetur: ſed ipſe, quod ſolemne habet, trajectionem, quam profitetur ab æſtivo Oriente in Occidentem Hibernum, eo pacto conſiderat, ac ſi æquatori paralella eſſet, non enim alio modo concludit argumentum, ſed pergo, nec ſuorum Teſtium fidem, quam tantopere ſubiude propugnat, impugno ab ipſo doctus eam minus adhibere, qui gr. 14. cum dimidio eorum dictis adimere flauci ducit.

Quæ de loco, & cauſa Generationis hujus Flammæ ſubjungit Phyſica ſunt, & ſuum illis valorem quicumque ſit concedo; hoc tantum annoto circa ea, quæ dicit pag. 7. poſt medium; parum referre utrum aër in Oceano, altiſſimiſque montium jugis; ideoque in ſublimi, ab Oriente in Occidentem feratur per motum participatum à primo mobili juxta ſaniorem, vel minus participatum à terra juxta Copernicanam ſententiam, vel potius ab aëris per Solem rarefractione continuo in Occidentem producta, ut Varenius, & alii; dummodo verum ſit eam ſic ferri, & poſſe impetum ſuum corporibus ibi immerſis imprimere, ut Navibus Fluminis curſus, &c.; itaut motui proprio illius Flammæ immixtus eſſe potuerit, ac proportionaliter ſecum agere etiam iſte univerſalis; quod tamen, & ſi aliquid conducat; neutiquam tamen hypotheſi D. Præceptoris mei neceſſarium erat, & ſic exiguo fructu ab Adverſario deſtrueretur.

Pagina octava magno convitiorum apparatu aggreditur impugnare lineam à circuli maximi portione non abludentem, quam D. Montanarius aſſumpſit; ſed ea ſua ſunt: rationes excutiam.

Omne gravem (inquit) *ſive externo, ſive interno impetu incitatum movetur ſemper per planum circuli maximi terreſtris, &c. ſed projectorum motus, aut horizontaliter, aut ſurſum exploſus nunquam circularis per circulum terreſtri centro concentricum, &c.*

Optimæ, ac veræ præmiſſiones; dummodo ad rem faciant; ſed quod factum oportuit illud erat oſtendere *Flammam* iſtam; & gravem fuiſſe, & exploſam ad inſtar Bombæ, ut ipſe ſupponit, cum enim iſtud ab eo ſupponatur tantum, ſed non probetur, non video quomodo ſuppoſitio D. Montanarii contrarii, ac diverſis meris ſuppoſitionibus poſſit eludi. Ipſe quidem ſupponit in ſua *Flamma Volante* pag. 27. & alibi,

bi, *che la Fiamma almeno ſopra l'Italia deſcriveſſe poſitivamente porzione di circolo maſſimo*; ego vero oſtendi concluſione ultima etiam ſi concederetur Parabolica linea ab Adverſario propugnata, & è tanta diſtantia exploſa quanta eſt Leuctræ ſeu Maynæ à noſtris hiſce locis, adhuc ejus portionem ſupra Italiam inſenſibiliter à circulo deflectere; quid tandem contra hanc lineam molitur? Verum ipſe vult Flammam tanquam è Mortario per Terræmotum ejaculatam, & de genere projectorum fuiſſe; quid ſi negem? quid ſi dicam eam non fuiſſe gravem, neque habuiſſe, quam gratis adſtruit ad centrum terræ inclinationem? dicet conflatam ex terreſtribus, bitumine, ſulphure, & ſimilibus particulis conſtantibus, quid ſi negarem? Quotidie; ſeu malumus qualibet nocte innumeras videmus ſtellarum ut vocant trajectiones in cœlo: ego nullam vidi niſi per lineam rectam, aut, quod idem eſt circuli maximi portionem ferri, ego nullam à nubibus exploſam, nullam per Terræmotum à terra eructatam; eas omnes in ſublimi aëre, ſudo cœlo oriri, trajicere, evaneſcere, ſcintillas poſt ſe, ſæpe ac ſæpius relinquere conſpicio, quis evincet Flammam hanc non unam, ex eorumdem genere fuiſſe, ideo majorem, ſi non re ipſa, ſaltem quia terris proximior? Nunquid credere non licet hos ignes ex alia gigni materia illic, in æthere ſcilicet ſubtiliſſimo, fluido, atque igni ipſi quodammodo congenere, ſtabulante, nullam habere ad terram ipſam inclinationem, aut gravitatem? ſed ſaltem ejus eſſe gravitatis, quæ fluidum illud in quo natat in ſpecie non ſuperet? Quid? nonne inter hujuſmodi trajectiones alias ſurſum, alias deorſum, alias obliquè tendere videmus, omnes tamen per rectas lineas, ſive circulorum maximorum portiones? Ut quid ergo ſuppoſitionem D. Montanarii, quam nonniſi Hypotheticè proponit, alia gravitatis & exploſionis per Terræmotum è mortario ſuppoſitione detrudet Adverſarius? ſuppoſitionum, ſive Hypotheſium indoles ea ſemper apud Aſtronomos fuit, ut quæcumque ſolidis, atque evidentibus rationibus non demonſtretur impoſſibilis, firmitatem ſibi & probabilitatem, ex Phænomenon correſpondentia facile conciliet. Supponit Præceptor meus maximi circuli terræque ſaltem de proximo concentrici portionem. Parabolam ſupponit Obſ. Fav. Deducit D. Montanarius ex ſuppoſitione ſua & datis Obſervationibus nullo immutatis numero diſtantias Flammæ à terra inter millia 36. & 41. ſed ferè omnes circa mill. 38. & 39. & hoc in quavis combinatione obſervationum undique conquiſitarum, & ſi enim non omnes typis conſignaverit cum ſuis calculis, attamen ex his quas dedit ultra 36. combinationes fieri poſſunt, quæ omnes rem intra prædictos coërcent terminos. Tres tantum adducit obſervationes Fav. Obſ. ex his unam ipſe determinavit, alias ſuo arbitrio taxat, & Venetam quidem ultra quartam partem, & diſtantias à terra perperam calculat; proditque modo 90. modo 121. & ſi tertiam combinationem ſua

Digitized by Google

ſua methodo calculaſſet 143. mill. conſignaſſet; Uter eorum veritati magis acceſſiſſe cenſendus? Judicent Docti.

Quæ vero ait de Flammæ illius pernicitate ad univerſalis motus velocitatem, comparata juxta quam *Phænomenon ſub ratione mobilis*; *fluidum vero æther ſub ratione quieſcentis conſiderari potuerit*, penitus inutilia ſunt, nemo enim inter Bombardarios non neſcit Bombardicam pilam ſive Bombam (ut in ſubjecta ſimilitudine per Adverſarium adducta maneamus) etſi perniciſſimo actam motu, vi tamen ventorum tantumdem ad latera à conſtituto itinere deflectere, quantum venti ipſi urgere potis ſunt. Ecquid vero non urgeant corpus neutiquam ponderoſum; vel ſaltem valde leve?

Hinc pag. 9. ſpecioſo titulo *Abſurditatis calculorum Bononienſium* eos aggredi conatur; iiſque relatis deductaque à terra diſtantiam milliarium 29. concludit tandem his verbis: *Tranſeat diſtantia ab Obſervationibus; magis tamen ex induſtria, quam ex fide compoſitis.* Ubi ergo præmiſſa calculorum abſurditas? ſed nonne vides apertam calumniam? Obſervationes à D. Montanario adductas, habitasque à fide dignis, nobilibus ac Doctiſſimis undique Viris, ut vidiſti, nulla ratione nullo indicio, nullo adducto argumento falſas ſuo arbitrio vocat, cumque ad calculos, quorum abſurditatem titulo promittit, nihil habeat, quod reponat per verbum *tranſeat* admittit, ac in obſervationes injuſtè tela convertit: verum quod ait poſtea de angulo CBO, ac energetica illa exclamatione exornat jam oſtendi concluſione 9. & 11. ipſius Adverſarii craſſiſſimum eſſe Paralogiſmum.

Verum enim vero hic finem quo ad hanc priorem Adverſarii Epiſtolam ponerem neglectis iis omnibus quo ſequentibus paginis ab ipſo tum problema illud ſuum exponente, tum illius, ut putavit, certa demonſtratione exultante, ac inſultante nimio quam par ſit, etiam ſi non falſa dixiſſet, ardore prolata ſunt; ſed unam omittere neutiquam poſſum.

Quam novum enim cuique videbitur, hominem quempiam non in hoſtem tantum, quem petit, ſed & in innoxios adſtantes ruere. Doctiſſimos ac Nobiles viros Ephemeridis eruditorum Romæ apud Illuſtriſſimum ac Reverendiſſimum D. Jo. Baptiſtam Ciampinam celeberrimæ illius Academiæ Protectorem Auctores erga litterariam Rempublicam undecunque optime meritos his verbis impetit.

Et hic (inquit) *non poſſum non alloqui illum quiſquis ſit Romanæ Ephemeridis Eruditorum ſcriptorum, qui Diario 12. Anni 1676. pag. 199. & 200. de Bononienſe Scriptorum referens ſic ait: Dimoſtra eſſer erroneo il metodo del quale ſi è ſervito l'oſſervatore Faentino. Etenim de nullitate ſententiæ, & judicis incompetentia dico, eumque appello ad Celebriores per Europam Mathematicos, ut credita illius demonſtrationis, & pronunciata ſententia, vel rationem dicat, vel ab his decretis impoſterum conſultius abſtineat.*

 Verbum

Digitized by Google

Verbum illud *dimoſtra* conqueritur, quaſi in ſenſu ſtrictè Mathematico prolatum quod ab Auctoribus illis eo tantum ſenſu dictum, quo etiam communiter accipi à non Geometris ſolet, & ipſis ſolemne eſt, in cæteris referendis libris: nempe *moſtra eſſer erroneo*, *&c.* ſed quod tunc à D. Montanario oſtendi dixere, eo quod per incongruentiam calculorum Adverſarii oſtenſa dici poterat, etſi non demonſtrata erronea illius methodus; ego poſtea demonſtravi intra quoſcumque Mathematicarum legum limites Prop. 3. ut impoſterum liceat, & ipſis D D. Ephemeridum Auctoribus, & cuique libuerit aſſerere eo ſenſu, quam ad eo abhorret D. Adverſarius *ſi dimoſtra eſſer erroneo il metodo*, *&c.*

Et hæc Methodus, hic ſtilus Adverſarii, qui poſtea in Epiſtola à D. Cantono conſcripta in Actis pag. 6. ait: *Se*, *dummodo equis legibus*, *& honeſto prælio iterum congredi paratum* quaſi in honeſtum eſſet, ad quod ego illum invitabam, certamen, vel non æque inter nos leges, aut conditiones. Quæ enim inter nos diſparitas præterquam Juris in cauſa, in quo illi ſuperior ſum, & ſi aliter ſenſerat, erat Diſputandum? Nam de cætero ego quidem nondum Doctoratus lauream ſum adeptus; nec ille: ego Diſcipulus D. Montanarii; ille nuſquam in his ſcientiis quod ſciam graduatus: faterer ætatis diſparitatem; ſed hæc in cenſum non vocanda. Veruntamen omnis in eo noſtra diſparitas erat, quod nimis vera, ac demonſtrabilia proponebam. Jure igitur ait pag. 10. Actorum, *neminem alium ad impugnandas Theſes meas comparuiſſe*, quis enim contra veritatem, & demonſtrationes vana velit promere argumenta? Theſes omnibus propoſitæ ſunt; ſed unum tantum Fav. Obſ. cui primus arguendi locus dicatus eſt reſpiciebant, & quo non comparente jure Triumphaſſem, ſed ne abſque ſpoliis, volui, quod non tenebat, ejus reſponſionibus clandeſtinis obviam ire, concluſioneſque quas fere omnes concedit, reliquaſque, quas negat demonſtrare ut vidiſti: *Utris melior ſtet ratio Viri Docti modo perpendant.*

Cæterum in fine ultimæ ejus Scripturæ ſuæ adducit quorundam R R. P P. Societatis Jeſu teſtimonium, qui Facem apparuiſſe Trevirenſibus ajunt; ſed nihil de die, ac hora, ut conſtet utrum hæc ipſa fuerit, quia immo putandum de facili eam fuiſſe, quam Excellentiſſimus D. Jo: Baptiſta Coris retulit D. Præceptori meo D. Octavium ejus fratrem in Oppido Bozoli eadem, ut credit nocte, ſed hora tertia, in altitudinis gr. 43: Aquiſinem verſus ſpectaſſe, & quam etiam Fort Urbani excubitæ hora item tertia, atque Excellentiſſimus Marchio Montecuculus, apud Guiliam, ab Auſtro in Boream, hoc eſt Germaniam inferiorem verſus delatam viderunt, ex qua quid ad naturam flammam inferendam. *

Quod verò Navigantibus Italiam verſus circa, aut etiam ultra Baleabarides Inſulas apparuerit; neutiquam calculum D. Montanarii officit, quan-

quandoquidem, ut ait ipſe pag. 36. ſuæ Flammæ Volantis, hæc Flamma lineam deſcribebat à Liburno; *che laſciendo à Levante la Corſica indiſtanza di 30: miglia ſiſtende frà Majorica, e Minorica*; potuitque tametſi inter nubes Liburnenſibus, ut retulêre, abſcondita credita fuerit evaniſſe, attamen ulterius per eam lineam ita progredi, ut inſulis illis fieret viſibilis in magna etiam apparenti altitudine, ſed hoc non importat majorem à terra diſtantiam, quam per D. Præceptorem meum fuerit determinata. Siculos ulterius aut Melitenſes adducat, vel etiam Neapolitanos ipſos qui hanc flammam in eam viderint altitudine, per quam incongrua ſua poſitio tueri poſſit, ut ea D. Præceptoris mei labefactari. Quod enim D. Montanarius ait viam Flammæ in longam ab Hungaria, Podoliaque ad nos uſque delatam, & in Ponente Garbino ulterius delatam ſaltem 300. à Liburno milliaribus, ut conjectatur, extendi quantum libet ulterius poteſt manente ejus hypotheſin, dummodo lateraliter ultra conſtitutos ab eo fines ſupra 15. gradus altitudinis appatuiſſe non conſtet.

Vides igitur, Vir Illuſtriſſime, doctrinam D. Montanarii propugnatam, diſtenſam & ab Averſarii Objectionibus vindicatam, pro qua, licet ex ſe ipſa inconcuſſa, & invariata apud æquos Judices ſubſiſtere potuiſſet; attamen inconditas haſce meas Confirmationes, & Demonſtrationes repoſui, ne apud eos, qui harum diſciplinarum cognitione non pollent, penes quos ſtat latior, & ſi non ſemper verior fama, pauci roboris incuſaretur. Vale, meque, quâ ſoles humanitate complectere.

Bononiæ 10. Kal. Septembris

Dominationis Tuæ Illuſtriſſimæ

Addictiſſ. & Obſequentiſſimus Servus

DOMINICUS GULIELMINUS.

DOMI-

DOMINICI GULIELMINI
M. D. Bononiens.

DE COMETARUM
NATURA ET ORTU
EPISTOLICA DISSERTATIO.

CLARISSIMO atque ERUDITISSIMO VIRO

D. ABBATI FRANCISCO NAZARIO

Dominicus Gulielminus S. P. D.

In Comment.

QUod Socrati, ait Xenophon, accidiſſe in traducendis à Naturalibus ad Moralia ſuis ſtudiis; eum videlicet ab inquiſitione rerum Naturæ abſtinuiſſe antiquarum opinionum abſurditate, & diverſitate perterritum; id mihi planè Cometarum naturam rimanti contrarium evenit, Vir Clariſſime. Etenim cum viderim diviſas, in partes innumeras abire Auctorum ſententias, quin immò nonnullas è diametro pugnantes inter ſe ſectantium imperium diſtraxiſſe; non idcircò tamen animo excidi, ſed (quod naturæ noſtræ inſitum eſt, ut in vetita nitamur) vividius exarſit deſiderium, aut inter antiquas potiorem ſeligendi, quam ſequerer: ſin minus poſthabita Scriptorum lectione ampliſſimum, cunctiſque patentem Naturæ librum evolvendi, ex quo fortaſſe aliquid congruentius eruere ſperavi effati Senecæ memor, *plurimum ad inveniendum contuliſſe eum, qui ſperavit poſſe reperire.* Certè cuilibet Naturæ penetralia ſcrutanti id animo eſſe deberet, quod monet Hippocrates, dum ait: *Mihi verò invenire aliquid eorum quæ nondum inventa ſunt, quod ipſum notum, quam occultum eſſe præſtet, ſcientiæ votum, & opus eſſe videtur.* Verùm, quod in me ſententiarum diverſitas, & confuſio non potuit, penè effecit operis difficultas; innumeræ enim, quæ in hac calcanda ſemita occurrunt difficultatum

Lib. 6. nat. qu.

Lib. de Arte.

ſalebræ

ſalebræ adeo ſumma, tum ſuperioris, tum noſtri ſæculi torſerunt ingenia, ut poſt ventillatas Antiquorum opiniones, poſt adducta, & ad trutinam revocata Recentiorum cogitata, eò tandem nonnulli venerint, ut deſperato labore Deum, & Naturam in ſubſidium vocantes fortiùs ſemper Sacrarum Literarum comprobent teſtimonium, *afflictionem hanc dediſſe Deum filiis hominum, ut diſtendantur in ea, mundumque tradidiſſe diſputationi eorum, ut non inveniat homo opus, quod operatus eſt Deus ab initio, uſque ad finem.* Acceſſit quorumdam iniqua conditio, qui Amphytonium celebraſſe conceſſum ſibi videntur, quoties in aliquo circulo laudabiles alioquin, licet irritos, ſcribentium conatus ſuæ ſcopum dicacitatis conſtituunt; horumque *multi belliſſimè ſibi placent in alios difficilimi, atque inexorabiles, ſui mirum in modum indulgentes, ut ab aliis exigant in quibuſcumque demonſtrationem, & energiam concluſionis; ipſi ſua vel leviter fulta pro firmiſſimis poſtulent accipi.* Sed nec me iſta deterruere, ſat enim apud te, tuique ſimiles, ideſt & ingenuos, & ſapientiores excuſatum iri confido, ſi non penitus metam attigero, tum quòd hanc extra aleam mea jam per annos verſarentur ſtudia, tum quòd voti impos factus tot Celebertimis Viris, qui non omnimoda fælicitate Cometarum naturam penetrarunt, me ſocium adjicere non modico adſcribam decori.

Eccleſiaſt. cap. 3.

Vivis de cauſ. corrupt. art. lib. 5.

Aliqua igitur hic de Cometarum natura, ſitu, motu, & reliquis, quæ ab Auctoribus tractari ſolent, tibi, totius Literariæ Reipublicæ ſeduliſſimo Croniſtæ communicare animus eſt; non ideo tamen totam hic putes expoſitam Cometarum materiam (nimis enim in longum opus excreſceret) ſed ea tantummodo hic loci libare mea fuit intentio, quæ ab hujus nupertimi obſervationibus, vel confirmata, vel rejecta, vel noviter ſuppeditata videbantur.

Et primò quidem, quò ad Cometarum eſſentiam attinet, adeo varia fuerunt Auctorum præſertim antiquiorum cogitata, ut earum, vel ſimplici memoratione mens obruatur, quæ tamen fusè referunt Gaſſendus, Cabæus, Ricciolus, aliique. Ariſtoteles enim ſuffragante Peripateticorum ſchola, elementares cenſet Cometas, exhalationem nempe calidam, & ſiccam ad ſummam regionem aëris evectam, ibique accenſam, quæ alicui ſtellarum, motum euſdem ſequens Comam, crineſque è directo ſubjecta ipſi videatur adjicere, adeo ut Cometæ caput vera ſit ſtella, ſuppoſita autem coma quid adventitium, aliquando tamen & caput ipſum ab eadem exhalatione formari poſſe, quæ quidem ſententia non valde diſcrepat ab ea, quam Epigeni tribuit Plutarcus aſſerenti, nil aliud eſſe Cometas, quam ſpiritus ſublimè latos, neſcio quid terreni habentes, ibique accenſos; Heraclitus, & Strato peraltam nubem cenſuere; ille porrò accenſam, hic tantummodò ſupero lumine illuſtratam. Verum omnia hæc placita, poſtquam ab Aſtronomorum obſervationibus Cometas à regione elementari exulare oſtenſum fuit, apud cordatiores exolevere.

Lib. 1. Meteor. cap. 7.

De plac. lib. 3. cap. 2.

Plutarc. ibid.

Alii his repudiatis potiora excogitarunt, inter quos nonnulli cum Panætio emphaſim eſſe, ideſt metam refractio-

ractionem, aut reflexionem radiorum Solis, & Lunæ, quales ſunt Halo, Iris, Paraelia &c. quam ſententiam inter Recentiores ſequuntur Petrus Maria Mutolus, & ex Galilæo Guiducius, ut parallaxis vim ad ſtatuendos ſupra lunares Cometas infringeret.

In Epiſt. ad Stephanum Angelum In diſſert. de Comet.

Alii dimiſſa emphaſi ad ſymphaſim confugere, ideſt duarum, aut plurium ſtellarum ex jam notis corporalem conjunctionem, qua fiat, ut oblongi ſyderis ſpecies exhibeatur: in hac ſententia fertur fuiſſe Democritus; injuria tamen putat Ricciolus; eo quòd adeo craſſæ minervæ ſententia ſit, ut acutiſſimi Philoſophi, qualis à Cicerone, immo Ariſtotele perhibetur fuiſſe Democritus, indigna videatur; ideoquè cum inter alios enumerat, qui ſenſere, nihil aliud Cometam eſſe, præter unionem plurium ſtellularum errantium ante incognitarum, quæ ſejunctæ inconſpicuæ forent; plures tamen inſimul unitæ imaginem Cometæ referrent; in qua ſententia inter antiquos vult fuiſſe Anaxagoram, & Zenonem; inter Neotericos vero Tannerum, Cyſatum, Cardanum, alioſque recenſet; ſed qua ratione & prima aliqualiter teneri poſſit opinio, inferiùs conſtabit; ideoque priſcorum ingeniorum perſpicacitati non incongruam cenſendam eſſe.

Almag. nov. p. 2. lib. 8. cap. 6.

Lib. 1. Meteor. cap. 7.

Pythagoreorum nonnulli, quos refert Ariſtoteles, Cometas eſſe ſtellas erraticas ſui generis, quæ certis temporibus ſe promant exiſtimarunt, horumque nonnulli Mercurii ſimilitudinem aſſumpſere, qui adeo tardè à Solaribus radiis digreditur, ut Copernico Aſtronomo præſtantiſſimo nunquam viſus feratur, alii verò non ex liberatione à radiis Solaribus, ſed quidem ab approximatione apparitionem deduxerunt. Hanc ſententiam amplexus eſt Seneca, qui ex antiquiſſimis multos idem ſentientes recenſet, ut Diogenem, Hippocratem Chium, Appolonium Myndium, omneſque Chaldæos.

Lib. 7. nat. qu. cap. 3.

Alii tandem ex materia cæleſti efformari Cometas, deinde diſſolvi; hi per ſubſtantialem generationem, illi per meram auræ æthereæ addenſationem cum opacitatis mixtura; aliqui ex Galaxiæ materia nonnulli ex Planetarum effluviis, aut Solaribus maculis; nec defuere, qui ex Solari maſſa deſumptum eſſe fruſtulum dictitarunt. Inter hos, Recentiores penè omnes enumerantur, Tycho, Rothmannus, Longomontanus, Snellius, Meſthlinus, Keplerus, aliique.

Ego ſane, cum audiviſſem à Clariſſimo Caſſino Archigymnaſii noſtri olim ornamento prædictos adamuſſim diurnos motus Cometæ anni 1664. ea certitudine, qua major in prædicendis cæterorum Planetarum motibus non poterat exoptari, facilè in eam veni opinionem Cometas æterna eſſe ſydera, quæ dum propiora exiſtunt noſtro ſiunt obvia aſpectui, remotiorem verò locum obtinentia evaneſcunt: fidem faciebat apparentis diametri aſſerta obſervatio ſenſim pro variatione motus, & diſtantiæ creſcentis, aut decreſcentis, nec non æquabilis motus, qui non congeſtis fortuitò corporibus, & novæ generationi ſubjectis ſolet competere, ſed planè æternis, huncque neceſſariò concipiendum in Cometa cenſebam, dum hac hypotheſi calculati motus integrè cæ-

lo

Digitized by Google

lo reſpondere percipiuntur. Hanc, inquam, ſententiam diu amplexatus ſum, ejuſque etiam num ſectatorem me profiterer, ni difficultatem non mediocrem objeciſſet Doctiſſimus Montanarius (quem uti amantiſſimum Præceptorem veneror, cujuſque fama jam nullis coërcita terminis fælici uſque ad invidiam volatu, totius Europæ penetravit receſſus) in epiſtola ad Illuſtriſſ. Malliabechum non ita pridem juris publici facta, dum phyſicæ diſſolutionis argumentum in nuperrimo Cometa deſumit; ex eo quòd non ſat fuerit ejus à terra elongatio prope finem Februarii, qua nobis phænomenon occultari debuiſſet, ut contigit; quod ſi verum eſt, ut opinor, dubitare planè poſſumus de ſuppoſita Cometarum permanentia. Ad alia itaque converſa eſt mens, placuitque acceptiores Auctorum ſententias examinare, ut inde aliquid de Cometarum generatione, quatenus ingenii mei tenuitati licuiſſet poſſem eruere.

Emphaſis primò occurrit, ſed, oh quam multis difficultatibus involuta; refractiones enim, & reflexiones omnes certis determinantur angulis: ita Iridis diametrum Sole in horizonte exiſtente ſemper ad gr. 90. extendi; Hallones verò à ſuo centro per gr. 22. 30. diſtare notat Keplerus, & Paræ- *Aſtron. part opt. cap. 4.* lia, nec non Paraſelenæ æqualem ſemper cum Sole, & Luna ſervant altitudinem, quod quidem in Cometis nullatenus obſervatur; nonnulli enim in Solis oppoſito apparuere, alii ad Auſtrum, alii ad Boream, nec defuere, qui ab ipſa ferè Solis conjunctione ſuum jubar exeruere. Prætereo imperceptibilem tantam materiæ refringentis quantitatem, abſque ullo in ſuprapoſitis ſyderibus refractionis veſtigio, quæ quidem non minor eſſe debet, quam toti orbi involvendo ſufficiat; quandoquidem univerſis regionibus viſibiles ſunt, quatenus horizontis permittit obliquitas. Non eſt itaque ſpectrum aliquod, aut ſimulacrum Cometes, ſed potius reale, & phyſicum corpus ſtatui debet, quod tamen de nucleo ipſo, ſeu capite intellectum vellim, non autem de barba, aut cauda, quam refractionis, quinimmò & reflexionis veram ſobolem eſſe ultrò conceditur.

Non placuit pariter tributa, ut ſuperiùs innuimus Democrito Planetarum coapparentia, aut ſymphaſis; unde enim tanta ſyderum antea inviſibilium coacervatio? (nam ſydera continuò apparentia ad hoc non concurrere planè conſtat) ut diſcum efforment 12. aut 15. vel etiam plurium minutorum, qualis multoties apparuit; licet enim Cyſatus oculari obſervatione teleſcopio facta in Cometa anni 1618. cum ex poliangulis corporibus conflatum aſſerat; non ideo tamen credendum, illa corpora veras ſtellas fuiſſe (ſtellas) cenſet, ſed minutiores fixas Sethus VVardus); non *In Theoria Cometarum.* enim quicquid in Cœlo lucidum apparet ſtellarum venit in cenſum, aliter non ſolum Cometæ omnes, ſecundum ſe totos conſiderati, ſed etiam reliqua ignita meteora, & aëreæ trajectiones in ſtellarum chorum reponenda forent; potius tamen credendum eandem Cometæ materiam non æquè in ſphæram tornatam, ſed in varia fruſtula configuratam plurium ſtellularum ſpecie intuentibus impoſuiſſe, quod liquidò conſtare poterit

Lunarem faciem præſertim verò dichotomam teleſcopio inventibus, in qua partes aliæ aliis lucidiores, nonnullæ item ſubobſcuræ, & nigræ; paucæ identidem lucidæ à parte reliqua illuminata ſejunctæ obſervantur; nemo tamen unquam eas eſſe ſtellas credidit, & ex iis tamquam diſcontinuatis Lunare corpus componi. Adde quòd in aliis Cometis teleſcopio etiam, & longiori, & perfectiori id ſemper non obſervatur.

Ariſtotelis opinio, quibus nitatur non habet; ex quo enim parallaxis uſum Cometis applicuerunt Aſtronomi, planè conſtitit non in elementari regione ardere Cometas, ſed in ſupremo æthere, non minus, ac Planetas rotari; Non ideo tamen credendum à Terra exhalationes ſupra Lunam elevari, ibiquè in Cometarum materiam tranſire, ut Galilæo, Guiducio, aliiſque placuit; licet enim fictitiam ſupponamus Lunaris concavi ſoliditatem, neque adeo religiosè ab admittenda materiæ cæleſtis corruptibilitate abhorreamus, quæ duo pluribus viam præciderunt, ne ſupralunares Cometas facerent; adhuc tamen improbabile videtur tantam exhalationum copiam ab hac noſtra tellure ſuppeditari poſſe; quæ in molem adeo immanem excreſcat (plures etenim Cometas calculis Aſtronomicis longa manu terræ ſoliditatem ſuperaſſe liquet) abſque ſenſibili noſtri orbis diminutione.

Galil. in trutin. & in dialog. Guiduc. in diſſert. de Comet.

Cometarum materiam, qui à cæ- lis deſumunt proximiùs fontem attingunt, ſed qua ratione ex hujuſmodi materia efformentur, non ſatis huc- uſque notum eſt; Veram enim eorum generationem per novæ formæ introductionem aſſerere facile eſt, non item explicare. Si enim fumoſos halitus communem maculis, faculis, & Cometis materiam pro hujuſmodi generatione à Sole, tamquam ab ardente fornace dicas effluere; quis in eis tantum motum concipiet, ut eo loci ferantur, ubi nobis Acronichii in prima apparitione videantur, hoc eſt multò, quàm à terra, à Sole remotiores? æqua ratione materiam à terra ſuggeri ſtatui poſſet, quod ſupra reprobavimus. Accedit, faculas, & maculas, niſi ipſo Solis in diſco appareant, ſaltem non multum ab ipſo diſtare, id quod ex omnigena, reſpectu Solis, parallaxis carentia, ut notant Galilæus, & Scheinerus abunde patet, ex quo vim quandam in Sole, craſſiorem, & compactiorem materiam ad ſe alliciendi, aut ſaltem prope ſe retinendi licet arguere tantum abeſt, ut à ſe per tam longos Cæli tractus ſinat ejaculari.

Galil. in epiſt. ad Velſerum. Sheiner in Roſa Viſina.

Ex Galaxiæ materia Cometas fieri cenſuit Ticho: fidem faciebat Ariſtotelis, & Plinii effatum, Cometas extra Tropicos, & frequenter prope lacteum circulum oriri; verùm illi ſæculo aliquid condonandum, quo nondum ex minutiſſimis ſtellulis viam lacteam conflari conſtabat; fixas autem eſſe hujuſmodi ſtellas, non Planetarum more per Cælos diſcurrentes nemo ambigit; immò plures Cometarum longe ab ipſa orti ſunt, longè pariter ſunt ſortiti interitum.

Tycho tom. 1. progymn. Ariſt. lib. 1. meteor. cap. 7. Plin. lib. 2. c. 25.

Cæterorum Planetarum effluvia qui ſubſtituunt; immò & qui miſſa nova generatione per ſimplicem cæleſtis materiæ addenſationem Cometas fieri ſtatuunt, mutationis hujus cauſam efficien-

Digitized by Google

efficientem aſſignare tenentur; commentitii enim ſunt, præter calorem, & lucem, ſyderum influxus; ideoque, & quorum hic mentio fiat indigni. Solem poſtea, ut univerſale efficiens ſi advoces, dubitandum venit, num condenſatio ab ejus actione poſſit oriri; quotidiano enim experimento compertum habemus, aërem, & cætera fluida corpora ejus calore rareſcere, non condenſari; addenſationem, autem & concretionem in Cometarum corpore requiri ex eo probabile redditur, quod ab ipſis lumen ad nos reflectitur, quòd certè non contingeret, niſi in materiam quoquo modo circumfuſo æthere denſiorem, procul dubio magis opacam impingeret.

Per ſymbola, Chymicorum more, loqui videtur Keplerus, dum Cœlorum facultatem animalem proponit, quæ craſſiores fumos, ac fuligines è Planetarum corporibus derivatas, veluti in apoſtema congreget, donec ſenſim diflata materia, velut ſalutari criſi repurgatum Cælum, defæcatius evadat, ne Sol & ſydera, quod aliquando accidit, hiſce ſordibus obnubilentur.

Potentiorem cauſam eligunt alii, dum Deo, ac Intelligentiis horum oſtentorum mollitionem, ac regimen tribuunt, quibus ſane nihil opponendum fore autumarem, ni nimis facilè hac unica ratione omnia Naturæ phaſmata, & Philoſophica ſolverentur problemata.

Non Deus interſit, niſi dignus vindice nodus
Extiterit.

His itaque Auctorum cogitatis, ut nequaquam animo factum ſatis, rei cognitionem propemodum deſperaveram, ideoquè libentiſſime fatendum Cometarum eſſentiam inter arcana Naturæ relinquendam; ne tamen ignobili deſperatione fractum torpeſceret ingenium, libuit Cometarum paſſiones, ſaltem, quæ oculis ſubjacent, rimari; & periculum facere, utrùm fieri poſſet, ut certa ab incertis ſecernendo, probabiliora ab improbabilibus, ex illis fortaſſe, his lucis aliquid addere contingeret. Quo circa non minus mentem ad conſiderationem, quam oculos ad obſervationem convertens hæc accidentia in noſtro hoc nuperrimo Cometa deprehendi die 26. Decembris elapſi anni 1680.

Spurium iſtud ſydus apparuit non multos gradus ſupra horizontem elevatum, & in hoc primò duplicem licuit partem diſtinguere, caput, ſcilicet & caudam. Illud, ad ſenſum, circularis diſci figuram æmulabatur, hæc calathoidem: Caput tamen non ubique ſibi ſimile erat; etenim concentricus alius, ſed minor circulus viſebatur optimè terminatus, qui nucleus dicitur, ut & alius iſti circumjacens, & concentricus Capillitium, Coma, aut Crines. Nuclei color velut candentis ferri, & ſplendor magis intenſus, crinium verò uterque languidior. Cauda capiti immediatè adjacens extremis ſuis finibus totum caput videbatur amplecti, adeo ut non rectarum more circularis capitis circumferentiam contingeret, ſed eo plane modo, quo recurui circini menſurabiles tormentorum bellicorum pilas complectuntur: Caudæ extremitates, de cætero rectà progredientes, ſenſim tamen ab invicem ponè caput diver-

Digitized by Google

gentes calathoidem, ſeu mavis ſcopæ, aut latioris barbæ figuram effingebant. Hæc uti capillitio continuata, eundem cum ipſo colorem induebat, niſi quòd, quò longiùs ab eo diſtabat, ſemper, & gradatim remittebat à prima intentione, donec ſenſim debilitato nitore ultima caudæ ora non probè diſtingueretur. Mediam præciſè caudam per longum intercurrebat nigricans quædam veluti ſtria, quam impoſterum caudæ axem indigitare malumus; hujus laterales lineæ ad ſenſum ferè parallelæ nucleum, utrimque contingebant; huicque hinc inde ad latera binæ, & æquales caudæ portiones adjacebant, ea lege, ut vividiore colore fulgerent partes caudæ huic axi propiores. Caudæ, quæ quatenus obſervare potuimus, ſemper in Solis oppoſitum obverſa fuit, longitudo quinquageſimum ultra gradum extendebatur; latitudo vero prope finem duorum circiter graduum cum dimidio fuit; Capitis vero diameter ſex pedum teleſcopio dimenſus trium minutorum deprehenſus eſt.

Vide Fig. prim. ejusque explicationem.

Ex his obſervationibus nonnulla ſatis probabilia ſtatui poſſe non vereor. Primò ſcilicet materiam capitis non unius eſſe conditionis ocularis evincit obſervatio, quæ in ipſo nucleum diſtinguit, & capillitium; ſicuti hoc cum ſubſequente cauda eandem ſortiri naturam.

Secundò, cum viderimus caudam ſemper in plagam Soli oppoſitam ejaculatam fuiſſe, & licet tum Cometæ, tum Solis locus quotidie variaretur; diverſæque fierent inter utrumque ſigyziæ, adhuc tamen eundem cum Sole reſpectum ſemper ſervaſſe, probabiliter credere poſſumus, eam aliquo modo, quicumque tandem is fuerit, Solari radio deberi.


Tertiò, Caput Cometæ ſphæricum ſaltem ad ſenſum eſſe circularis apparens figura, quæ propria ſphæræ projectio eſt indicare videtur; licet enim figura plana circularis ex aliquo loco determinato ſpectata, ideſt ex puncto axis ejus plano perpendicularis, eandem in oculo imaginem poſſit efformare, ac ſi ſphærica eſſet, undique tamen viſa id præſtare non poteſt, ut optime notat Sethus, VVardus, ſed in elypſim, aut rectam lineam projicitur; quare cum Cometæ caput, licèt varium reſpectu oculi ſitum obtinuerit, ſemper tamen ejuſdem figuræ apparuerit; neceſſe eſt eum globoſum eſſe, & ſphæricum. *Loc. cit.*

Quartò, ſicuti Capillitii, & Caudæ materia aliqualiter diaphana eſt; æquè enim utramque ab eodem Solari radio trajiciente illuſtratam cernimus, ita ex oppoſito nucleum ex materia opaca coagmentati probabile eſt; etenim poſt ipſum non continuatum ſplendorem obſervamus, uti à Coma ad Caudam, ſed nigrorem præſeferentem axem, quod ſignum eſt, nucleum luci impedimento eſſe, quò minùs ad ulteriora tranſcurrat, ideoque cum radium non permittat, lumini impervius, & opacus ſtatuendus eſt.

Quintò cum elemantarem materiam hujuſmodi conſtituendus phænomenis ineptam judicemus, neceſſe eſt ei cæleſtem ſubſtituere, quæ cum alioquin ex ſe, nec lumine proprio ſplendeat, nec alienum reflectat, opus eſt quandam in ipſa variationem intelligere, qua fiat, ut ex diaphana, aliquam

44.7

TAB.I. De Cometarum Natura & Ortu



Digitized by Google

Digitized by Google

aliquam induat opacitatem. Cumque diaphana corpora in eo differre ab opacis videantur, quòd eorum pori recto tramite diſpoſiti luminoſis cilindris intra propriam ſubſtantiam ingreſſum permittant, & exitum; iſtorum verò non item, hinc eſt, uti ſi diaphanorum corporum meatus varientur, curventur, inflectantur aut ſaltem obſtruantur, adeo ut luminoſæ trajectioni fiant impervii, facile intellectu eſt, qua ratione corpus ſua natura diaphanum, opacum fiat. Id clarè in aqua videmus, quæ quantumvis limpidiſſima ſit, ſi tamen, vel vehementi agitatione ejus pororum tollatur directio, aut commixta, v. g. lutoſa materia turbida fiat; illicò diaphaneitatem ammittit, donec, aut ſedato motu, aut deturbatis ad fundum opacis molleculis priſtinæ reſtituitur pelluciditati. Conſimilem philoſophandi methodum, ſi ab hiſce elementaribus ad cæleſtem materiam liceret traducere, certè Cometarum generationem phyſico modo explicare non admodum foret difficile. Quare hic omnes mihi ſunt impendendi conatus, ut oſtendam qua ratione materia cæleſtis opaca reddi poſſit, ex quo cuncta Cometarum accidentia humana probabilitate colligere licebit.

Opacitatem aliqualem Cœlo ineſſe nonnulli adſtruunt ex eo, quòd cyaneum videatur: certè non ejuſdem rationis eſſe omnes auram æthæream componentes particulas admodum probabile eſt; adſunt enim cunctorum Planetarum effluvia, adſunt & telluris noſtræ tenuiores halitus, qui Solari calore attenuati per æthera diſperguntur; adeſt & ipſa materiæ conditio, quam non omnino ſimpliciſſimam, aut quintum elementum cum Peripateticis judicamus. Sunt itaque probabiliter opacæ in cælo particulæ undique diſperſæ, ideoque inconſpicuæ ea ratione, qua metallorum ramenta aquis ſtygiis ſoluta, ipſis commixta remanent imperturbata pelluciditate: nimium id tamen intento meo; ſufficit enim concedatur diverſas, & magnitudinis, & figuræ molleculas cæleſti materiæ, quæcunque ſint, innatare; nam ex harum unione, & forti miſcella lumini tranſitus præcluditur, & ſpecies inducitur opacitatis.

Verum in hoc non valde anceps hæreo; major difficultas obſtat in aſſignanda cauſa, qua opaca iſta corpuſcula ad unum quaſi centrum confluant, & in determinando motus principio. Sol enim colore ſuo huic muneri ineptus judicatur; etenim non minùs in hac, quam illa parte operatur, quippe qui æqualiter in orbem ſuos diffundit radios; aliud verò efficiens in Cœlo non facile ſuppetet.

Fateor, Vir Clariſſime, me circa hoc aliquid excogitaſſe; id tamen proferre pudet, tum quia & ipſe lubricis innixam fundamentis ſententiam, non diffiteor, merè ſuppoſititiam, & abortum, ut ita dicam, luxuriantis ingenii procacitate conceptum; tum quia apud plurimos non benè audiet me cæteris repudiatis Auctorum ſententiis non meliorem proferre, ſed fortaſſe deteriorem. Loquar tamen, ſed non ante ſinceram confeſſionem, me hæc cogitata, nec vera, nec probabilia cenſere; ſed tantummodo ut hypothetica venditare,

 hoc

Digitized by Google

hoc eſt quantum ſufficit ad explicandas phyſicas Cometarum apparentias; ſat enim mihi met ipſi intentum obtinuiſſe gratularer, ſi Cometas inferiùs dicenda methodo fieri poſſe, & ſi ſic fierent, fore ut eadem apparerent, quæ noſtris oculis de facto ſubjiciuntur, accidentia, concederetur.

Priuſquam tamen ad rem deveniam, altiùs mihi recolligendus eſt ſermo; hicque nonnulla priùs, ſed parcè referre lubet, quæ de Coſmico ſiſtemate apud meliores Aſtronomos fidem invenere.

Maculas neſcio quas aliquando Solis diſcum obumbrare communis poſt Scheinerum, & Galilæum teſtatur obſervatio; directo enim ad Solem teleſcopio nigricantes, & variæ figuræ in ejus diſco conſpiciuntur, ab eo nihil, quantum ſenſu concipi poſſit, ſeparatæ. Hæ à ſui exortu non eundem in Sole locum obtinent, ſed nonnullæ in medio ſe, manifeſtant, aliæ ab extremo limbo, velut ab horizonte oriuntur; omnes tamen ſervata certa quadam directionis Solis diſcum tranſcurrunt, donec à parte poſtica occultatæ ſui ſpeciem noſtris oculis detrahunt, ea tamen regula, ut certis anni diebus videantur rectas lineas deſcribere, aliis autem minores circulos, qui verſus converſionis polos magis, & minus pro tempeſtatis variatione projiciuntur. [*Gal. in dialog.*] Ex harum motu conſtitit Solem propria vertigine ab Occidente in Orientem rotari ſpatio 26. aut 27. dierum circiter; [*Gal. in epiſt. 1. ad Marcum Velſerum.*] hancque in Sole revolutionem, cum præcitatis agnoſcunt Keplerus, aliique cordatiores; cumque Planetas omnes, Luna excepta circa Solem ferri, cumque tanquam centrum ſui motus reſpicere diligentiſſimè peractis Tychonis obſervationibus liqueat; non incongruum judicatum eſt Solem ſic motum circumpoſitam quamcumque materiam, ideoque & Planetas ipſos in gyrum rapere, adeo ut tota materia a Sole ad fixas ſolarem motum ſequatur non æquali tamen velocitate; quidquid enim Soli propiùs exiſtit breviori tempore circa Solem ſuos perficit circulos, quæ verò corpora magis diſſitum obtinuere ſitum longiori etiam temporis tractu egeant, ut integram revolutionem abſolvant. Sic Mercurius Soli vicinior trium menſium ſpatio illum undique intuetur, dum Saturnus annos penè triginta in conſimili motu impendit. An verò univerſalis iſtæ materiæ motus, ipſi à primæva conſtitutione ingenitus ſit, & ab hoc Planetarum corporibus impetus communicetur, ut Carteſio placet, [*Princip. Phil. part. 3. nu. 140. & ſeq.*] an verò radicaliter motus ſolari corpori inſit, & ab eo materia omnis violento motu rapiatur, ut cenſet Keplerus, [*In Coment. mot. Mart.*] utrumque probabile eſt? mihi tamen potiùs arridet Kepleri, quam Carteſii ſententia, Quid ſimile adamuſſim in aquarum vorticibus mirari licet; in quibus pariter ſi feſtucas circa vorticis commune centrum delatas obſervabimus, harum etiam plures circa proprium centrum circumagi univerſalem ſequentes motum percipiemus, quod mihi ſæpius ſumma cum voluptate videre contigit. Parem obtinere motum Planetas omnes probabile eſt; ita ut circa Solem ferantur communi vertigine, particularem vero motum turbationis in oppoſitam partem

tem

Digitized by Google

tem concipiant. Conjecturam firmat ocularis obſervatio in Jove, & Marte ex macularum motibus, quæ varias in ipſis indicant motionis periodos. Saturnum pariter non diſſimili cieri impetu variæ ipſius phaſes oſtendunt, nec non circa ipſum, quod & de Jove dici poteſt, planetularum comitum motus, quod pariter non incongrua ratione de Venere, & Mercurio philoſophandum venit. Si itaque Planetarum corpora gyrare circa proprium axem concedamus, omnis quidem ratio ſuadere videtur idem in his, ac in Sole contingere, hoc eſt circumpoſitam materiam eorum motum ſequi, in qua, ſive à Planetariis conſtituatur effluviis ſive potius ex puro æthere omnia permeante, & replente ſit, cum nulla, aut penè nulla ad motum inſit reſiſtentia, eò latiùs vorticis iſtius particularis diameter extendetur.

His ſuppoſitis, ut ad rem veniamus conſiderandi ſunt vortices iſti (vorcem appello immanem materiæ circa unum centrum gyrantis globum) per cælorum inane motui universali obſequentes vagari eadem, qua ſupra diximus proportione. Quod ſi aliquando contingat unius vorticis materiam cum materia alterius vorticis commiſceri, quod in Planetarum duorum ſynodo, præſertim, niſi adeo arctam iſtorum vorticum ſphæram conſtituamus, facile eſt concipere; cum iſti diverſis, immò oppoſitis agantur motibus, probabile eſt in tertium vorticem faceſſere; unde Cometarum generationem haurire poſſumus, quod qua via contingere poſſit ſequenti ſchemate innoteſcet.

Supponatur Saturnus v. g. in centro ſui vorticis A B C D. Jupiter vero in centro pariter ſui A F C E, & in eadem cum Sole linea hoc eſt in maxima, quam ad invicem habere poſſunt propinquitate, quo caſu vortice Saturni vortici Jovis occurrente, materia miſcetur; & portio quadam utrique communis fit A B C F, quanta ſcil. à punctis ſectionis, & utriuſque terminis continetur. Vide Fig. II.

Hi vortices ab Occidente in Orientem delati propriis particularibus motibus ad oppoſitam diriguntur plagam; adeo ut ſi ab A ad N directionem primi motus concipiamus, ſecundi ſit ab A per C in D, & denuo in A; ſeu ab E per F in A, & denuo in E. Clarè itaque patet duos iſtos vortices verſus eandem partem circumvolvi; ideoque neceſſe eſt, ut pars inferior A B C ſuperioris vorticis ab A per B in C, pars verò ſuperior A F C vorticis inferioris à C per F in A feratur; adeò, ut idem punctum, quod primi motus veluti initium eſt, ſecundi ſit terminus, & è contra; ideoque oppoſitus in utroque plane ſit motus.

Jam itaque concipiamus materiam vorticis Saturnini penetrare in A vorticem Jovialem: certum ex ſuppoſitione eſt fore, ut ea, niſi aliquid obſiſteret, per circulum A B C procederet; ſed quoniam reſiſtit ſuo motu ſecundus vortex, qui ab F verſus A ſuo agit impulſu; hinc fit ut infra lineam A B C per aliam A I K deprimatur donec in H, quo loco diminuto impetu, quo ad plagam N tendebat (tum quòd vorticis ſuperioris motus ſurſum vergere incipit, tum etiam vincente inferioris motu) non amplius in C, ſed verſus F retrocedit ſupra

ſupra lineam tamen H R I, uniti utriuſque vorticis lationibus ad ſuperiora vergentibus; ideoque per lineam H X S, unde denuo per S V T &c. donec in Y centro motus materia recolligatur: ubi velut in hipomoclio æquilibratis utriuſque vorticis momentis minima eſt motio, & veluti quies. Vides itaque, qua ratione materia cæleſtis per helicem, ſeu ſpiralem lineam motum poſſit concipere; quod cum iſtæ ſpirales lineæ innumeræ ſint, & inter ſe confertiſſimæ; hinc fit, ut eis jure optimo circulos, aut ſaltem ellipſes ſubſtituere poſſimus, ut ſuperiùs ſuppoſuimus in vorticibus Saturni, & Iovis. Quoniam verò hujuſmodi vorticibus proprium eſt craſſiorem materiam ad centrum detrudere, quod in typhonibus, & fluentorum gurgitibus evidenter conſpicitur, jam liquet, unde nam materiæ cæleſtis coagmentationem à Keplero inſinuatam, petamus, à motu, tamquam Cometarum geneſeos efficiente cauſa, excitatam; quæ quidem materiæ unio tanta eſſe poteſt, quanta ab impetu à præexiſtentibus vorticibus novo huic communicato valet ſuſtineri. Hanc ſi aliquando contingat; ut adeò præpeti cieantur vorticoſo motu Cometarum corpora, utique ea tamdiu ſe noſtris oculis obſervabilia ſervabunt, quamdiu ſufficiens diſtantia eorum nobis ſpeciem detrahat, ut aliquando legimus accidiſſe; è contra verò, ſi debilior ſit motus, ut ab univerſali vortice de facili ſuperari queat, ideoque materia diſluere coacta ſit, eo caſu diminuti diametri non ſolum in cauſa erit aucta ab oculo diſtantia, ſed phyſica, & realis Cometici corporis diſſolutio, id quod in noſtro ultimo legitimè ſuſpicandum duximus.

Aſtron. part. opt. cap. 6.

Conjecturæ reſpondent ea, quæ in Cometa noſtro obſervavimus, & quæ ſupra deduximus probabilia; etenim prædicta craſſior materia in globum coagmentata, ſi ex natura opaca ſit, extra omne dubium eſt, qua ratione opacum nucleum poſſit conſtituere; ſin vero, dummodo variè figuratæ, & diverſæ magnitudinis ſint ejus particulæ, dum iſtæ verſus determinatum punctum prædicto aguntur impetu, fortuito occurſu facies facieculis, anguli angulis, faciebus anguli applicantur; ſic quetum ex mutua unione facilè tollitur lumini tranſitus, tum ex inordinata concretione, pororum variatur rectitudo; tum etiam ex ipſo circulari, vehementiſſimo motu. Hujuſce rei exemplum à diaphanis ſolidis, præſertim verò à vitro deſumere poſſumus; hoc enim, licèt omni præditum imaginabili diaphaneitate; ſi tamen in minuta fruſtula contundatur, opacum fit, & quamvis diverſis pigmentis arte imbutum, ſemper tamen albo radiat colore: Opacum itaque, & denſum hac methodo habemus nucleum, qui variam ſortitur magnitudinem, prout majorem, vel minorem idoneæ materiæ quantitatem fortuita intra vorticis activitatem vagari contingit; nam ſi ejus adeo tenuis ſit copia, ut efformatus nucleus ſenſum effugiat, iſte plane in Cometa non obſervabitur, ut de primo ſuperioris anni notat D. Montanarius; è contra vero, ſi materiei ingens ſit copia, ut in illo anni 1664. in noſtro hoc ultimo, aliiſque.

In Epiſt. prim. ad Mallenbech.

Reli-

Reliquum, quod ſupereſt opacæ materiæ prope nucleum, fluido innatans ætheri, cum fortaſſe ob ſui tenuitatem facillimè vorticis obſequatur motui, & ideo neque tam efficaciter centrum affectet, comam efficit; quæ materia, cum non adeo copioſa ſit, opacitatem omnimodè non inducit; ſed nec priſtinam ſervari permittit pelluciditatem; adeo ut radiorum illuſtrantium nonnulli in craſſiore medio refracti ulterius pergant; alii vero in ſuperficies ſolidiores impingendo ad noſtros oculos reflectantur; & quia materia iſta non æqualiter ætherem infarcit, ſed confertiùs quò centro proximior eſt unitur; hinc eſt ut crinium color, & ſplendor vividior appareat in parte nucleo proximiore, quò verò magis ab eo diſtant languidior fiat.

Quoniam vero ex opaca totaliter materia nucleum efformari diximus; hinc eſt, ut nullatenus Solarem radium permittens, eum terminet, & in oppoſitam reflectat partem; idcoque nil mirum, ſi poſt ſe nigricantem trahat caudæ axem, qui aliud probabiliter non eſt, quam luminis Solaris privatio, ſeu, ut clariùs loquar ipſius nuclei umbra, quæ una cum adjacente cauda non minus, ac umbra terræ in Soli oppoſitam partem projicitur, quod primi obſervarunt Petrus Apianus, & Gemma Friſius, & deinceps quotquot Cometarum obſervationibus incubuere; licet enim aliquando Tychoni viſum fuerit Cometam anni 1577. non Soli, ſed Veneri caudæ directionem debuiſſe, ipſe tamen in Epiſtola ad Rothmanum fatetur, ſe non audere tantam radiorum potentiam, quæ Cometæ caudam procreare poſſit, Veneri tribuere, rationemque oſtendit ex Galilæo Guiducius, cui adſtipulatur Keplerus, innuens curvitatem caudæ, quæ in eo inſignis obſervata eſt efficere, ut contra hoc nil certi ſtatui poſſit: Partes caudæ laterales ortum ſuum ex Capillitio trahere videntur; dum enim Solaris radius illud penetrat ad perpendiculares refrangitur; ſicque magis ad invicem addenſati radii, fortius Capillitium ipſum, & poſitam poſt caput materiam illuſtrant (quod unum ad ſtatuendam Cometarum naturam concedi ſibi poſtulat Keplerus) ſicque ex inconſpicua viſibilem reddunt, quam quidem denſiorem eſſe poſt caput neceſſe eſt, quam ante, ubi properantes ad unionem particulæ vi Solaris virtutis diſſipantur, quod in parte poſteriori adeo facile non contingit ſua craſſitie Cometico corpore reſiſtente.

Progymn. tom. 1. cap. 6.

Aſtron. part. opt. cap. 6.

Neque mirum alicui videri debet tantam materiæ molem circa Cometæ caput verſari, quæ, ſane ultra omnem captum eſt in hoc noſtro, cujus caudam 55. gr. æquare initio ſuæ apparitionis noſtra, aliorumque fuit obſervatio: præſertim in tanta à centro terræ diſtantia, quantam nos inferiùs argumentis opticis eruemus, aliique fortaſſe parallacticis obſervationibus demonſtrabunt; is enim conſideret neceſſe eſt indefinitam cælorum capacitatem, & materiam cæleſtem nulla ad motum propenſione, aut reſiſtentia præditam, ſed eò deferri, quò vicinior rapit impetus; ideoque vorticis alicujus dimetientem, etiam ad majorem diſtantiam extendi poſſe. Sic totam hanc materiæ mo-


lem à Sole ad fixas Solis revolutionibus obſequentem eſſe jam ſupra ſuppoſuimus. At ſi quis huic rationi minùs acquieſceret, is caudæ Cometicæ explicandæ methodum ex ſubtiliſſimo Grimaldo deſumere poterit. Docet is lumen aliquando ſola reflexione, aliquando ſola refractione, multoties ex utraquè unitis, & non rarò his dimiſſis ſola difractione abſque ulla medii variatione colorari, ſemper tamen per intrinſecam luminis ipſius modificationem. Qua doctrina ſuppoſita, utpote pluribus experimentis, & viviſſimis rationibus roborata, ſi conſiderabimus lumen in Capillitium impingere, certum eſt ibi in refringente materia, quò ad modificationem variari; jam enim coloratum evadit; hinc ſi talem modificationem ulteriùs progrediendo retineat in propatulo eſt eundem etiam ſervari debere colorem, quem in prima refractione concepit; adeoque fore ut eandem ſui nobis ſpeciem exhibeat, quam in Coma, niſi quantum longa radii trajectione lumen dimiſſa ſenſim concepta modificatione, utpote ipſi violentè impreſſa, priſtinæ reſtituitur libertati.

Lib. de Lum. Col. & Irid. prop. 30. 31. 32. & 33.

Si quis autem quæreret, in quo conſiſtat diverſa hæc luminis modificatio; huic reſponderi poſſet, probabiliter in diverſo motu luminoſarum particularum conſiſtere, ſive eæ ſint ſecundi elementi cum Carteſio, ſive, cum aliis, alterius etiam naturæ, dummodo congruenti polleant motu. Si enim v. g. particulæ corporis luminoſi impetu motæ, una alteram impellat, immoto, quò ad rectitudinem, permanente earum diametro, certè niſi in ea recta oculus ſit conſtitutus nunquam luminoſam hanc emanationem percipiet; verùm ſi particulæ ſic motæ, corpus aſperum villoſum ìdque diaphanum pervadant, fieri poteſt, ut non ſolum una alteram in eadem recta exiſtentem à tergo impellat, ſed ulteriùs quælibet circa proprium centrum, aut axem turbinationis contrahant motum, quo fit ut motus conſimilis non ſolum lateralibus communicetur particulis, ſed & inferioribus; ſicque poſſit uſque ad oculum propagari, in quo motu convenientibus organis in retinam tunicam impreſſo noſtra conſiſtit viſio.

Sed ut res clarius explicetur ſit A Sol, à quo tanquam à corpore luminoſo impetus lucis globulis in linea A D E exiſtentibus imprimatur; ſi globuli ab A, uſque ad D, nullo alio agantur motu, quam directo per lineam A D, certè talis motus nunquam ad oculum in F ſitum perveniet; ſed ſi in D occurrat corpus D C refringens, aſperum, & inæquale, v. g. caput Cometæ, fortaſſe eveniet, ut globuli inter D, & E motum circa proprium axem circularem concipiant, ut ſæpius ex obliquo reticuli incurſu luſoriæ pilæ contingit, ſicque cum duobus motibus ſint præditi impulſivo uno, eoque recto per lineam D E, altero turbinationis verſus F, eo caſu non ſolum motus propagabitur per D E, ſed & inferioribus impertietur particulis, ſicque una alteram agens verſus F motum in oculo imprimet; ſicque apparebit luminis per D E trajectio; ea tamen proportione, ut evaneſcente in partibus extremitati E proximioribus vertiginis motu debilior in E, quam

Vide fig. 3.



Digitized by Google

Digitized by Google

E, quam in D ſplendor percipiatur, quod obſervatis adamuſſim quadrat. Hinc ſi D E ſupponatur Cometicæ caudæ longitudo; en quomodo ea etiam longiſſima poſſit apparere, abſque eo quod adeo ingens materiæ reflectentis effluvium concipere cogimur.

Patet itaque Cometarum ſenſibilia accidentia ex hac noſtra hypotheſi fortaſſe non incongruè ſalvari, in cujus ſuadenda veritate non ideo pluſquam par ſit ſollicitus eſſe volo; non poſſum tamen ad ejus uberiorem dilucidationem hic aliqua non ſubjicere. Innueram ſuperiùs Cometarum geneſim ex Planetarum conjunctionibus, tanquam ab efficie deduci poſſe: anſam inquirendæ hypotheſis dederat antiquum Aſtrologorum effatum, Cometas, ex maleficorum aſpectibus in primisvero conjunctionibus generari; immò & ex his tanquam ex antecedentibus prædici poſſe: & Ptolomæus inquit Cometas fieri à Marte, & Mercurio, licet Ricciolus hanc referens auctoritatem de eorum conjunctione, non tanquam elemento intrinſeco Cometæ, ſed ut concauſa efficiente intelligendam velit ſententiam. Ptolomæi dicto adhæret Longomontanus aſſerens Cometas divina virtute fieri; Deum tamen ad progignenda hujuſmodi portenta Planetarum conjunctionibus uti. Subſcribit pariter Philippus Apianus Petri filius in Epiſtola ad Landtgravium Haſſiæ, dum cenſet Cometas ex concurſu Solis, aliorumque Planetarum ſe ſe frangentium oriri, & occurſu eorum in parte Cæli determinata; quæ ſententia licèt ab ipſo ſufficienter non explicetur, videtur tamen cum noſtra hypotheſi quid commune ſortiri. Suffragatur Sylvius *Bongiovane* in duabus Epiſtolis occaſione Cometæ anni 1664. conſcriptis; Ejus etenim generationem ex Planetarum nexibus ortam fatetur, Iovis, ſcil. & Saturni, quinimmò Saturni, & Martis, quorum ultimus paucis ante diebus contigerat; & in hujus confirmationem affert textum Auctoris ſummæ Anglicanæ ſcribentis: *Quoties Saturnus, Iupiter, & Mars ſunt in tali gradu faciunt; ſtellam lucidam ſine Cauda; Mars etiam cum Saturno in tali gradu ſic facit fere, ſed Mars cum Iove facit ſtellam magnam &c.*

Lib. de Aſtrorum jud. tex. 52.

In Apend ad Aſtron. Danicam.

Opinioni fidem conciliabat obſervatio; ultimum enim hunc noſtrum præceſſerat Saturni, & Martis conjunctio, quæ menſe Auguſto ſuperioris anni accidit. Eidem annis 1582, 1596, 1618, 1652, 1664, obſervata eſt, quibus Cometæ in cælo fulſerunt. Martis vero, & Iovis congreſſus pluries celebratus eſt; præſertim verò anno 1577, ut colligitur ex Planetarum poſitione, quam deſcribit Meſthlinus in prima ejus apparitione ab ipſo obſervata; ſimiliter annis 1582, 1593, 1597, qui nec ipſi ab infauſtis Cometarum radiis immunes evaſère; ſic Cometam anni 1590. præceſſit conjunctio Martis, & Veneris, & eum qui anno 1664, & 1665. viſus fuit anteceſſerat ſuperiori anno Saturni, & Iovis ſynodus, & ut ſupra innui paulo ante Saturni, & Martis.

In tract. de Cometa 1577.

Nec dubito, quin ſi quis curioſiùs cæleſtium motuum Ephemerides luſtrans indagare velit, de anti-

quioribus etiam Cometis, quod in illis, qui à ſæculo apparuerunt obſervavimus, idipſum reperiar; Quare amplianda venit quo ad hanc partem Aſtrologorum ſententia, non enim ſolummodo Saturni, Martis, aut Mercurii, ſed & reliquorum Planetarum præſertim verò ſuperiorum coitus idonei ſtatuendi ſunt. Neque eſt, quod hic quis ſtatim objiciat, ſæpiùs Planetas ad invicem copulari, quam Cœlo fulgere Cometas; nam huic reſponderi poteſt, nos, licèt omnium Planetarum occurſus Luna excepta huic muneri deſtinemus; non omnes tamen eorum congreſſus effectui præſtando idoneos cenſere. In primis enim Planetarum cum Sole unionem nullius virtutis eſſe cuilibet patere poterit noſtram hypotheſim conſideranti, quod pariter dicendum venit, ſi Mercurium, & Venerem in eodem longitudinis gradu concipientes alterum ſupra, alterum infra Solem ponamus; quòd ſi ad eandem partem fiant Mercurii & Veneris conjunctiones, niſi in maximis digreſſionibus eveniant fieri quidem poſſunt, non tamen ob Solis viciniam obſervari Cometica corpora, hæcque dubitare poſſumus à Solari vortice ad proprium centrum allici; ibique prope Solis diſcum conſiſtentia, ſua opacitate, non Cometarum, ſed macularum figuram induere, donec virtute Solis; nec non etiam ab ipſo motu diſſipata materia in faculas abeant; quod non modò orta ex Mercurii & Veneris conjunctione corpora præſtare poſſunt; ſed & alia ex ignotorum planetarum, de quorum circa Solem exiſtentia meritò ambigitur, ſynodo emergentia præſtare poſſunt; ſed hoc incidenter ſit dictum. Planetarum verò ſuperiorum coitus hoc etiam aliquando fruſtrari poterunt officio, ſi planeta ſuperior in proprio aphelio fuerit, inferior vero in perihelio; tunc enim cum ii duo planetæ enormiter diſtent, fortaſſis contingere poteſt, ut eorum vortices non uniantur, aut ſi uniuntur id tantillum fiat, adeo ut, aut Cometæ corpus non efformetur, aut efformatum ob parvitatem fugiat aſpectum; quòd ſi ſynodus accidat in locis Zodiaci Soli proximioribus, tunc proportionaliter ea, quæ diximus de Mercurio & Venere hic poſſumus recolligere. Aliæ forſan occurrerent impedientes concauſæ, quas quis ſe ipſo poterit meditari, ſolum hic nonnulla indicaſſe ſufficiat.

Nollem tamen, ut quiſpiam mecum iniquum Judicem agens, ex eo, quòd hypotheticè ſtatuam ex Planetarum tricis Cometas ſæpius effici; me puter hanc ſemper, & non aliam cauſam Cometarum agnoſcere. Id longè à meo ab eſt intento; Sat enim compertum habeo, quod ſi Cometæ ſemper ſic fierent, opus eſſet eorum motus principium à Zodiaco verſus polorum alterutrum eſſe, quod oppoſitum contigit in Cometa anni 1607. quem Longomontanus, & Keplerus obſervarunt prope genu ſequens Urſæ majoris; hincque in ſignorum conſequentia ſuam ſemitam verſus Eclipticam direxiſſe, non ab Ecliptica ad polum. Sat meo intento fuerit, ſi non ſolis Planetarum vorticibus id tribuatur, ſed quibuſcumque aliis, quicumque fuerint, dummodo ſibi occurrant, ſeque invicem penetrent modo ſuperiùs explicato;

alios

alios etenim eſſe in Cœlo vortices præter Planetarum, ſi quis dubitat *Princip. Phil. par 3.* Carteſium conſulat. Id nobis certè ſaltem ſuadent aucti, & diminuti plurium fixarum diametri, plures de novo apparentes, ut celebris illa in Cathedra Caſſiopeæ anni 1572. aliæ nunc apparentes, mox ſe occultantes, ut ſunt binæ in Oloris ſydere, una tertiæ magnitudinis anno 1600. primum obſervata, & à Baiero deſcripta tandemque oculis ſubducta, denuo anno 1655. ab Oculariſſimo Caſſino noſtro denuo detecta, rurſuſque extincta, nunc enim non apparet; ut in obſervando noſtri Cometæ motu notavimus; altera pariter tertii luminis, quæ à P. Anrhelmo Cartuſiano, ut referunt Scholæ Burgundicæ *Phyſ. par. 3. tract. 2. quæſt. 5.* Profeſſores primum in capite notata anno 1670. deinde delituit; denuo anno 1672. apparuit mox interitura; quæ phaſes auctam, & diminutam dictarum Stellarum ad oculum diſtantiam arguunt; ideoque per vorticem aliquem motum. Poſſem & alias addere, ut ex diſſertatione de his Clariſſimi Montanarii liquet; Sed pro cunctis ſit famoſa illa in collo Ceti certis jam temporum intervallis recurrens, de qua extat Doctiſſimi Bullialdi tractatus; cujus phaſmata non alia ratione explicari poſse cenſet, niſi ſi dicamus ſtellam partem obſcuram eſse, partem lucidam, adeo ut circa ſuum centrum ſe volvens nobis modo unam, modo alteram partem obvertat. Hinc ſi aliquando non idonea ſuppetet Erronum unio pro explicanda alicujus Cometæ generatione, non extra omnem probabilitatem eſt fixarum vortices in eorum locum ſufficere. Hinc fortaſse planetas non ſolum, ſed & ſtellas fixas, pro cauſa Cometarum efficiente ſtatuit præcitatus Summæ Anglicanæ Auctor ait enim. *Cauſa vero generans trica neceſſario erit virtus cæleſtis, ſcilicet virtus ſtella fixa, vel erratica.*

Poſtremo, quo ad hanc hypotheſim, ſi quis petat unde ſit, quòd Planetarum congreſsus non ſint immediatè ſubſequuti Cometæ; ſed aliquando poſt menſes viſi fuerint, aliquando etiam ante; huic reſpondendum eſt id pluribus ex cauſis pendere poſſe; Etenim primo conſiderandum eſt Errantium conjunctiones in duplici verſari diſcrimine; aliæ enim apparentes ſunt, aliæ veræ, & reales; (liceat hic Aſtronomicam diſtinctionem ad meum ſenſum, quantumvis improprium traducere.) Apparentes ſiunt dum Planetæ cum oculo, qui eorum motuum centrum opticum cenſetur, in eadem ſunt recta linea, aut ſaltem plano Eclipticam orthogonaliter ſecante. Reales vero contingunt quoties duo, aut plures Planetæ cum Sole, qui eorum orbitarum centrum phyſicum occupat, in eadem ſunt recta linea, quò ad longitudinem. Hinc quoniam veras conjunctiones, non autem apparentes ad Cometarum generationem concurrere ſuppoſuimus, cum illæ aliquando poſt iſtas, aliquando etiam ante accidant; ut mundanum ſiſtema delineanti abunde conſtabit; in promptu aſſertæ differentiæ cauſa eſt. Alia etiam poteſt aſſignari hujuſce rei ratio, & eſt, quod cum ad conſtituendum Cometæ caput requiratur craſſioris materiæ unio, hoc nequaquam noſtris oculis apparere poterit, niſi ſenſibilem diametrum prius acquiſiverit;

verit; quod immediatè etiam à vera conjunctione non poteſt haberi. Præterea accidentales alias concauſas, quæ valent impedire, quò minùs primam apparitionem obſervare poſſimus, ut ſunt occultatio ſub radiis ſolaribus, qualis poſtremo huic noſtro accidit, diuturna nubium, & nebularum impedimenta, & alia ſimilia, quæ nequaquam in communem cenſum reponenda ſunt, ſed hic, & nunc pro data occaſione particularibus applicanda.

His viſis quatenus ad Cometarum generationem, aliaque phyſica accidentia, quæ in illis obſervantur attinet, ſupereſt, ut aliquid de linea curriculi attingamus, cui nonnihil de loco, & ſede in mundano ſpatio, pro coronide ſubnectemus. Quo ad lineam motus ea duplex in genere ab Auctoribus aſſignatur, recta ſcilicet, & circularis, non omnibus tamen eodem modo: Eorum, qui circularis lineæ patroni ſunt aliqui per circulum terræ concentricum, ut Dom. Caſſinus de Cometa anni 1652, alii per Epicyclum terræ excentricum, ut poſt antiquorum plures Sethus VVardus, ipſeque Caſſinus in Theoria Cometarum, occaſione Cometæ anni 1664. Cometas ferri docuere, nec deſunt, qui circa Solem eorum accidere cenſeant, motionem. Rectæ lineæ aſſertores nec ipſi unanimiter conveniunt; aliquibus enim trajectoria linea à perigæo hinc inde indefinitè extenſa placuit, ut Cartesio, omnibuſque rectilineam trajectionem Cometæ tamquam æterno corpori applicantibus; alii terræ perpendicularem, ut Guiducius, & cum eo Galilæus in trutinatore, & in dialogis; hæcque fuit prima Kepleri ſententia ab ipſo repudiata: alii tandem talem rectam malluerunt, qualis projectis corporibus competit, ideſt ex una ſaltem parte terminatam, certumque in altiſſimo æthere principium obtinens, quam ſententiam omnium primus amplexus eſt Keplerus.

Ego licet non inficier ſalvari poſſe Cometarum phænomena per circulares motus, quod præſtiterunt Tycho, Meſthlinus, aliique; præſertim ſi excentricos, & terram non involventes ſtatuamus; adhuc tamen cum à Recentioribus Aſtronomis rectilineum motum congruentiorem judicari videam, ex eo quod Cometæ à maximæ velocitatis puncto quadrantem nunquam excedant; his me comitem libenter adjicio; præſertim cum Caſſinus ipſe, licet Cometam anni 1664. circa Syrium ferri per magni excentrici circumferentiam cenſeret; adhuc tamen in compillanda ejus motus ephemeride rectilineum ſupponit tramitem, utpote ab ejus circuli portione nobis aſpectabili inſenſibiliter diſcrepantem. Feruntur itaque per rectas lineas Cometarum corpora; licet enim aliquando à circuli maximi circumferentia non parum deflectere videantur; præſertim verò circa finem apparitionis, quod in noſtro obſervavimus, id abſolutè refundendum eſt in diverſam habitudinem, quam dietim acquirit oculus ad lineam curriculi, & ſenſibilior circa finem evadit, quidquid renuat Sethus VVardus.

In aſſignanda per hanc lineam motus cauſa, & principio diu inſudarunt Auctores, nec hucuſque aliquid certi

Digitized by Google

certi ſtatutum eſt, dimiſſis enim abſque Athei ſuſpicione, quod in Galilæum inculcat Cabæus, Rectricibus Intelligentiis, nulla aliqua cauſa naturalis aſſignari poteſt, quæ communis ſit corporibus omnibus per æthera vagantibus. Intelligo quidem à materia cœleſti circularem imprimi Planetis motum; non item Cometis rectilineum. Keplerus Cometica corpora tamquam à Bombarda explodi cenſet, ſicque determinatam directionem concipere, ſed qua ratione iſta contingat exploſio profundo involvit ſilentio: nos juxta noſtram hypotheſim ſic explicare conabimut. Supponantur vortices A M S, B C N uniti, ex quorum unione factus fuerit alter vortex I D H, neceſſe eſt, ut ex mutuo occurſu horum duorum vorticum materia unius, alteri contranitatur, ita ut ex forti compreſſione materia ab M verſus A, & ab N verſus B deprimatur impellente contrarii vorticis impetu; hinc eſt, ut in ſtatu violento detenta nixum ſe reſtituendi ad priſtinam expanſionem, ſeu mavis elaterem concipiat. Ponamus nunc vorticem inferiorem à conjunctione defluere, & à ſuperioris nexibus ſolvi, ita ut locum mutet à B in C, ſecumque trahat vorticem I D H in L E F, ubi primò ſupponitur ab oppreſſione ſuperioris vorticis liberari: ibi, cum materia C F prius arctè compreſſa nihil deſuper contranitens habeat, nixum ſuum exerit expanſivum, & velut arcus ab intenſione laxatus vorticem F E L per lineam L G projiciet. Poteſt & alia ratione motum concipere dictus vortex, hoc eſt, ſi à velociſſimo partium extimarum vorticis impetu per unam ex illius tangentibus vibretur. Ex hujus lineæ varia cum axe optico inclinatione diverſa oriuntur motus phænomena; ſi enim ab oculo ad exortum lineæ L ducta linea angulum rectum cum L G efficiat, aut ſaltem verſus G obtuſum, motus Cometæ initio major ſemper decreſcere videbitur; ſi verò angulus in L verſus G acutus fuerit, quantitas apparens motus diurni primò parva in dies incrementum ſuſcipiet, donec in perigæo R, ubi cadit perpendicularis ab oculo T; unde verſus G progrediendo à velocitate motus ſenſim remittet, & in G ſtationarius evadet.

lib. de Cometa.

Vide Figuram 4.

Ex hac ſuppoſitione apparet ratio, cur Cometarum plures, quorum etiam de prima apparitionis die certitudinem habemus indubiam, non longè à perigæo, aut etiam in hoc apparuerint, dum tamen ab eo recedentes, longiorem permeaverint Cœli tractum, quod nunquam explicare valebunt Cometas inter opera æterna Naturæ reponentes; dum enim apparitionem ex acceſſu, extinctionem ex receſſu explicare contendunt, coguntur perigæum inter terminos acceſſus, & receſſus medium conſtituere, ſive rectam trajectoriam, ſive circularem excentricam eligant pro linea motus; quod quidem perrarò accidit, & fortaſſe in nullo exactè, præter obſervatum à Regiomontano anno 1475, depræhenſum.

Perpendicularis ad terræ ſuperficiem linea pro Cometarum latione incongrua eſt; etenim præcunctis, quæ huic poſitioni objici poſſunt, difficultatibus, valeat hæc una, videlicet exinde neceſſario ſequi, veſpertinos Come-

Cometas omnes in ſignorum conſequentia, matutinos verò omnes in antecedentia proceſſuros, quod ultimum falſum eſſe conſtitit nuperis obſervationibus; licèt enim ſuperioris anni noviſſimus Cometa veſpertinus fuerit, & ſecundum ſeriem ſignorum ſuos continuaverit motus, adhuc tamen ejuſdem anni prior mihi primum nocte poſt 26. Novembris viſus, matutinus fuit, & tamen ſignorum ordinem in ſuo motu ſervavit, donec Solaribus radiis immerſus obſervantium oculis ſe ſubduxit.

Hic quoniam duorum Cometarum elapſi anni mentionem inſtitui, congruum eſt, ut hic rationes afferam, quibus non unicus, ſed duo Cometæ cenſentur, nonnullis enim dubium fecit ortus, & occaſus Heliaci analogia, qua fieri poteſt ut Cometa Solaribus ſe miſcens radiis, denuoque ab illis emergens imperitis duplicatæ apparitionis ſpecie illudat, cum tamen idem fuerit è matutino veſpertinus factus, aut è contra: ex hoc enim duorum diſtinctionem phænomenum non arguimus, ſed ex intrinſecis paſſionibus motus. Obſervatum eſt in omnibus hucuſque viſis Cometis conceptam ab initio motus directionem uſque ad finem præter propter ſervari nunquam tamen ad angulum flecti; cumque prior Cometa parallelum Eclipticæ motum videretur inſtituiſſe, poſterior verò inclinatam angulo gr. 29. viam arripuerit; ex diverſitate lineæ motus mobilis etiam arguitur diſtinctio, ut optime notat D. Montanarius in epiſt. ſecunda. Accedit, quod cum omnium obſervatio ſit id cunctis Cometis inviolabile eſſe, ut ſuo motu ſemicirculum nunquam excedant, immo nec perficiant, ſi unicus fuiſſet Cometa, etiam ſimplicem motum longitudinis conſiderando, ſeptem Zodiaci ſigna luſtraſſet; etenim cum prope finem Tauri evanuerit ſui motus initium deſumpſiſſet ab ultimis gradibus Libræ, qui gr. 30. circiter plus ſemicirculo diſtant à gradu 27. Tauri s s s. procedendo. His, aliiſque rationibus non unicus ſtatuitur Cometa; ſed jam unde digreſſi ſumus redeundum.

Reſtat itaque, ut projectorum rectam lineam complectamur, quæ ſui exortu diverſam obtineat ad oculum obliquitatem, diverſamque directionem nunc ad Auſtrum, modo ad Boream ex accidenti ſortiatur, in qua ſanè linea an motu ex ſe æquabili, & uniformi ferantur Cometæ, an projectorum more initio celeriores ſenſim motum deperdant mihi valde dubium eſt. Keplerus in hoc parum ſibi conſtans, prius æqualem in ſe, inæqualem ad viſum, motum conſtituit: poſtmodum mutata ſententia inæqualem more igneorum bolidum, ſive ignium artificialium, quos Germani Rachettulos, nos Itali *Razzi* vocamus, quorum motus initio tardus, mox citatior, verſus finem durationis langueſcit, quæ inæqualitas, an ullatenus ſalvari poſſit ambiguum eſt valde. Æqualem quidem per lineam motum ſupponunt ephemeridum compillatores, ita ut æquales lineæ portiones æqualibus temporibus reſpondeant, quæ tamen inæquales angulos in oculo efficiant, eoſque minores, & minores, quò longiùs à diſtantia perigæa fuerint conſtitutæ. Diu hæſi, adhucque hæreo, an

an huic poſitioni acquieſcendum ſit; dubitandum enim videtur, utrum ſuppoſita iſta linea in æquales partes diviſa ſit ea ipſa, quam ſuo corpore deſcribit Cometa; an potius ſuppoſititia quædam, idemque munus apta nata præſtare in inveniendis diurnis Cometæ locis, ac in Theoria Planetarum centrum æquantis pro calculandis cœleſtium corporum motibus. Equidem ſi ſola motus conſideretur apparentia poſſibile foret, ut Cometa motum haberet inæqualem, initio celerem, poſtea uniformiter difformiter retardatum, & tamen eaſdem apparentias præſtaret, ac ſi per aliam lineam motus in ſe penitus æquali progrederetur. Summatur etenim linea IS, hæcque in quotlibet
Figur. 5. partes æquales ſcindatur SR, RQ &c. & per puncta ſectionum ad oculum in T lineæ rectæ ducantur ST, RT &c. (in hoc enim conſiſtit diurnorum motuum inventio), & producantur in XZAB &c. & ſic deinceps indefinitè. Supponatur nunc Cometa in A, qui per lineam AH ad aliam SI verſus H inclinatam directionem contrahat, adeo ut prima die viam AB metiatur, ſecunda BC, tertia CD, & ſequentibus reliquas; cuique primis Geometriæ Elementis initiato patere poteſt ex obliquitate lineæ AH ad radios ex T ductos fieri, ut AB major ſit, quam BC; BC vero major, quam CD, & ſic portiones DE, EF, FG deinceps decreſcere; & quia motus primus Cometæ AB ad oculum menſuratur per angulum ATB, BC verò per angulum BTC; lineæ verò IS portiones QP, PO ex conſtructione inter ſe æquales intercipiantur; videre eſt, qui fieri poſſit, ut Cometæ motu, in

prop. 18. prim. prop. 6. quint. prop. 1. & 2. ſext. Elementior.

ſe inæqualis, æqualis tamen reſpectu datæ lineæ concipi poſſit. Dixi ſuperius, id poſſe contingere ſi ſola motus phænomena conſideretur, nam ſi diametrorum auctio, & diminutio in cenſum vocetur, hæc difficultatem objiciet, ſi verum ſit, quod inter evidentes Cometarum paſſionis recenſet Sethus VVardus *Omnes, cum tarditate apparentiæ minui diametris*, quod tamen diuturniori eget, & obſervatione, & indagine. Interim tamen communiorem ſequens ſententiam, uniformem in Cometis agnoſco motum, in qua explicanda nitar opinioni Carteſii Corpus ſcilicet mobile conceptum unica tantum vice motum, quantum in ſe eſt eatenus ſervare, donec alteri communicet; cumque nulla Cœlo inſit reſiſtens ſenſibiliter materia, non eſt, cur in Cometa motus retardationem metuamus; huic adjicere poſſumus rationes omnes quibus Galilæus motum per horizontalem æquabilem ſtatuit, nemo enim dubitaverit motum per lineam rectam in Cœlo, utpote in loco, quo magnetiſmo gravitatis non eſt obnoxius horizontali noſtræ æquiparari poſſe.

Princip. Phil. par. 2.

Dial. nov. ſcienti.

Jam verò aliquid de loco dicamus, preſſioni tamen ſtylo, ne ultra anguſtos epiſtolæ limites noſtra producatur diſſertatio. Non hic me putes, velle longo parallaxium calculo, aut magno obſervationum apparatu materiam hanc tractare; etenim à nonnullis video, ipſius etiam Brahei, & Haſſiaticis obſervationibus fidem derogari, quæ tamen à perititiſſimis obſervatoribus, & inſtrumentis regio plane ſumptu fabrefactis habitæ ſunt. Solum hic duobus argumentis, iiſque Opticis, deſumptis ex obſervatione ſtructuræ, & accidentium nu-

Digitized by Google

perrimi Cometæ probare nitar eum, qui die 24. Decembris elapſi anni 1680 primùm viſus eſt, non modo ſupra Lunam, ſed & longe ſupra Solem locum obtinuiſſe. Obſervatum omnibus eſt Cometæ caudam ab ipſo capitis exortu ſemper majorem dilatationem acquiſiviſſe, ita ut dum prope caput paucula vix minuta æquaret, in fine gradibus 2: 30. anguſtior non fuerit, ſicque inter eos numerandus eſt, quos Græci Pogonias vocant, hac communiſſima obſervatione fretus intenti probationem aggredior.

Radium lucis dum tenuius deſerens medium, denſius penetrat, ad perpendicularem refringi quotidiano didicimus experimento, hinc ex diverſa refringentis ſuperficiei figura, ex qua oritur cathetorum diverſitas, varias refractiones induci Dioptricorum evincunt demonſtrationes. Sphærica figura inter eas, quæ refractiones modificant enumeratur; in hanc ſi paralleli incidant radii ad axem convergunt; iique, qui per 15. gradus utrimque ab axe diſtant, in determinato ferè puncto, aut ut mavult Ricciolus tribus, at proximis ad invicem punctis cogi ntur, ii vero, qui longiùs ab axe refringentem ingrediuntur ſphæram, majores ſemper patiuntur refractiones; ex quo liquet radios per corpus ſphæricum trajectos poſt egreſſum ad invicem decuſſari; & ſectione facta in oppoſitas partes diſpergi, quarum propoſitionum demonſtrationes huc afferre non vacat, cum apud Carteſium, Herigonium, & Keplerum omnibus proſtent. Cometæ caput ſphæricum, & refringens eſſe ſupra probabiliter ſuppoſuimus; quinimmo ejus caudam Solari lumini deberi penè omnibus in confeſſo eſt, à Sole enim totum capillitium, & prælongum ſyrma illuſtrari, ſitus & directio ſuadent. Quare, ſi caput refringenti materia conſtare volumus, neceſſe eſt ex duabus propoſitionibus alterutram fateri; videlicet aut radios Solis ponè caput Cometæ uniri, deinde ſcoparum in modum dilatari, quod Keplero, Ricciolo, aliiſque placuit, aut incidentes Solares radios non paralleliſmum ſervare, ſed potius divergere (ablato enim radiorum parallelo progreſſu eorum tollitur neceſſaria poſt caput unio) & ea refractione contentos, quæ eis tribuit varia materiæ denſitas & incidentia ad ſuperficiem refringentem, ulteriùs ſuum iter proſequi, quod noſtra eſt opinio. Quo ad primam ſententiam Kepleri, Solares radios poſt caput ad focum concurrere deinde diſpergi, hæc in noſtro Cometa evidentis falſitatis arguitur; nemo enim toto, quo duravit tempore, intuitus eſt caudæ extremas laterales lineas in duos angulos ad verticem inclinari, ut neceſſariò obſervari debuiſſet, *quod ſi* (ait Keplerus) *de quibuſdam Cometis aliqui referunt caudam ab ipſo capite, quaſi in mucronem coire; indeque tamquam à puncto novam necti caudam ipſo progreſſu latiorem*, eò tunc fortaſſe, cum Solis, & Cometæ moles æquales eſſent, paralleli ad caput incedebant radii. Remanet itaque ſecundum, radios in Comam divergentes incidiſſe, quod non alia via poteſt contingere, niſi corpus Solare, Cometico ſat minus fuerit quòd cum Cometam Sole minorem quò ad diametrum apparentem obſervaverimus, neceſſe eſt ut apparens minoritas per tantumdem majoris diſtantiæ compenſetur, ideoque multò illi altior ſupra Solem

in Dioptricis; & Aſtron. part. opt.

Aſtron. part. opt. cap. 6.

Solem ſit locus. Si quis autem à Cometici capitis materia refractionem auferre vellit, ut inter Recentiores non nemo, id per me liceat; ex eo enim ſemper plus roboris argumento huic accidit.

Secunda obſervatio eſt, Cometæ nucleum ſemper à prima apparitione uſque ad finem circularis apparuiſſe figuræ, æqualiter in omni ſua parte illuminatæ; nam cum opacum eſſe ex projecta umbra probaverimus, ideoque illuſtrationem à Sole more omnium Planetarum recipere, neceſſe eſt ut cæterorum corporum à Sole illuminatorum leges ſequatur. Hinc cum infra Solem exiſtentes Planetæ in ortu, & occaſu heliaco majorem ſuæ illuminationis partem ad Solem converſam habeant noſtro oculo averſam; ideoque falcatæ figuræ videantur, ut in Luna, & Venere accidit; è contra verò ſuperiores Planetæ, quocumque ſint Cœli loco, quamcumque habeant ad Solem reſpectivitatem ſemper integrum lucentem nobis diſcum exhibeant. neceſſario ſequi videtur, ut quoniam Planetæ nucleus horum potius, quam illorum imitatus eſt phaſes, communi etiam potius his, quam illis rotetur loco; ideoque cum hi ſupra Solem ſint nemine diſſentiente, conveniens eſt Cometam etiam noſtrum ſupra ſolari ſede donari. Certè ſi infra Solem fuiſſet, dummodo opacitatem habere concedatur; dum primò à Solaribus radiis emerſit, primas Lunæ phaſes debuiſſet æmulari, cujus oppoſitum nos teleſcopiis etiam obſervavimus.

Hæc ſunt Vir Clariſſime, quæ mihi de Cometarum natura, & paſſionibus meditanti occurrere. Potiora ſuggerent alii, quibus & otium adeſt, & perſpicacius mentis acumen. Expectamus interim promiſſum Doctiſſimi Montanarii de hac materia tractatum, quo omnium difficultatum nubes diſſipatas iri ſperare juvat. Scio fortaſſe ad faſtidium uſque præcocibus hiſce conceptibus me patientiam tuam ſollicitaſſe, longius quidem, quam mea permitteret imbecillitas; parciùs tamen, quam materiæ poſtulaverit dignitas; vix enim res attigi, quæ profundiorem enucleationem meruiſſent. Reſtat modo, ut meditationes has meas amico recipias oculo, ſolitaque animi ſuavitate amplectaris; id enim ſi mihi ea, qua confido, felicitate, contigerit, omne punctum feliciter tuliſſe arbitrabor. Vale.

Dabam Bononiæ tertio Nonas Martii 1681.

Figuræ primæ Explicatio.

Exhibet ſigura prima imaginem Cometæ, qualis Bononiæ diebus 25. & 26. Decembris anni 1680 obſervantibus apparuit.

A A E E. Totum Cometæ corpus. D D E E. Caput Cometæ, cujus pars interior

I I. Nucleus, Capitis centrum occupans æqualis ad viſum Stellis ſecundæ magnitudinis; reliqua vero D I E: D I E. Crines, ſive coma.

C C A A. Cauda multò in A A latior, quam in C C.

D D B B. Axis caudæ nigricans, qui à Nucleo I I. per mediam Caudam praciſè excurrebat Caudæ longitudinem adæquans.

C D A B: C D A B. Partes caudæ lucidæ, verſus extimam oram A C langueſcentes.


A C E: A C E. Vltimus caudæ lateralis terminus ſive linea Caput in E ad modum curui circini amplectens.

DOMINICI
GULIELMINI
PH. ET MED. BONONIENSIS
OBSERVATIO SOLARIS
ECLIPSIS
ANNI M. DC. LXXXIV.
Bononiæ habita die 12. Julii ejuſdem Anni.

ILLUSTRISSIMO & CLARISSIMO VIRO
D. ANTONIO MALIABECHI
Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ Bibliothecario.

DOMINICUS GULIELMINUS S. P. D.

EA eſt cæleſtium obſervationum, tum in Aſtronomicis, tum Geographicis, tum etiam Civilibus ab antiquiſſimis ad noſtra hæc tempora perſpecta utilitas, ut non immeritò Hebræus Hiſtoricus cauſam inquirens cur ad tot ſæcula primorum viventium ætas excurret, non aliam cenſuerit, quam id ſpeciali Divinis Plaſtis providentia decretum fuiſſe, *Deus enim* (inquit ipſe,) *tum propter ſtudium virtutis, tum propter utilitatem inventarum artium ut Aſtronomia, & Geometria, illis prolixiorem largitus eſt vitam, quarum certitudinem aſſequi non poterant ſi minus DC annis vixiſſent, ex tot enim annus magnus conſtat.* Hinc eſt, Vir Clariſſime, ut omni ævo floruerint præſtantiſſimorum Aſtronomorum ingenia, quorum nec ætas noſtra vidua, dolere poteſt, vivunt enim, aut non ita pridem deceſſerunt, qui innumeris obſervationibus ſyderum cognitionem adeo auxere, ut non modicum inſtaurata tantùm, ſed


tio ſolaris Eclipſis
Occidens
Lunæ diſcus
J. M. Morff f.

Digitized by Google

ſed pœnitùs renovata videatur Aſtronomia. Sed nec ipſi eam ſcientiæ perfectionem induxerunt, ut continuis non opus ſit obſervationibus, quibus aut ſtabilitæ, ſi quæ ſunt, Planetarum periodi confirmari poſſint, aut dubiæ ſtabiliri; adhuc enim hæſitamus, ut cæteros prætercam, in Lunæ motibus, quorum non æquata adhuc inæqualitas varietatis nonnihil inter cæleſtes obſervationes irrepere, & Ephemeridum calculos permittit. Opporteret Eudoxum imitari, qui referentem Arbitro *in cacumine excelſiſſimi montis conſenuit, ut Aſtrorum, Cælique motus deprehenderet* juvaretque cum Seneca *inter ſydera ipſa vagantes divitum pavimenta ridere, & totam cum auro ſuo terram*; Verum alienis negotiis irretiti vix aliquando Solaribus obſervationibus in noſtris hiſce Heliometris vacare, & ſi quando inſolita occurrunt in Cælo phænomena Cometarum, aut Ecliplium, noſtras, & ipſi, ne Cimeriis videamur in tenebris dormitare, obſervationes poſſumus inſtituere. Solaris imminens diebus elapſis defectus, non minùs, quàm vulgi rumor exitialia neſcio quæ ex caligante Sole pertimeſcentis; & ubique decantata totalis, aut ferè, Solaris luminis deperditio ab Aſtrologis quibuſdam tranſcripto calculo ex malè natis ephemeridibus inſinuata; quin immò, & amicorum quorundam impulſus, qui ſuis obſervationibus me ſocium voluerunt; occaſionem dedere Aſtronomicis inſtrumentis pulverem excutiendi, eaque ut faciendæ obſervationi forent idonea, inſtruendi. Ex his igitur orta eſt proximè elapſæ Solaris Eclipſis qualiſcunque obſervatio, quam tibi inter cæteros communicandam volui, ut ad quem, & alias totius Europæ Aſtronomorum obſervationes confluxuras certò ſcio, & à te quas habueris in totum literarium orbem emanaturas, ut ſic invicem communicatis obſervationibus, pro regionum varietate, temporum, & phaſium differentiæ notentur, & alicui fortaſſe emergat occaſio Lunæ motum præſertim in latitudine ad ultima uſque ſcrupula definiendi. Diſplicet quidem nullas obſervationes circa Lunam ante, & poſt Eclipſim inſtituiſſe, quod in Gnomone Illuſtriſſimi Senatoris Vasè à Petra melaria præſtare potuiſſem, ni nubes ferè continuæ, & horæ importunitatis diſtraxiſſent. Obſervationes quidem Solares non nullas ante Eclipſim, aliquas etiam poſt, pro ut in eodem Gnomone habitæ ſunt, correctas tamen ratione diametri ſuperioris foraminis, poſt exaratam Solaris Eclipſis obſervationem, ſubjungam.

OBSERVATIO SOLARIS
ECLIPSIS
diei 12. Julii 1684. Bononiæ.

Aptatum fuerat Teleſcopium palmorum 25. ſola lente objectiva inſtructum, à qua Solis ſpecies in objecta papyro recipiebatur circulo in hac deſcripto congruens diviſo ut moris eſt per ſex circulos concentricos in duodecim partes æquales. Horologium artificiale oſtendens ſingula quælibet minuta prima, & ſecunda horas numerabat à meridie antecedente die 11. notato in Heliometro D. Petronii, qui in Meridie ſubſequente diei 13. deficiebat 6. minutis primis ab horis 24. ideoque tempora phaſium non nihil corrigenda fuerunt per partes proportionales; ut autem horas horologii rectificare poſſemus paratum fuerat Sextans tripedalis radii, teleſcopio armatus, & per meridianam Solis altitudinem die 11. optimè rectificatus pro deſumendis in ſingulas phaſes centri Solis à vertice diſtantiis.

Rebus ſic inſtructis in locum apprimè idoneum convenimus cælo tamen hic, atque illic nubibus obducto; ſpes tamen erat, ut iiſdem laceratis, & diſperſa caligine, aliqua ſaltem pars Eclipſis conſpicua foret. Apparuit tandem inter nubes Sol, ad quem directo Teleſcopio, obſervationem incæpimus. Deſummebant Solis à vertice diſtantias *D D. Io: Ludovicus Donellus, & Nicolaus Ignatius Ioannettus*; Phaſibus determinandis tres aderamus *D D. Io: Galeatius Manzius, Hercules Vanottus, & Ego* Obſervationes ſcribebat *D. Gregorius Maliſardus*; horas verò in horologio notabat *D. Bartolomeus Ferrarius*.

Hora

Hora horologii automani p. m. diei 12.	*Hora eruta ex diſtantiis obſervatis centri Solis à vertice.*	*Diſtantia centri Solis à vertice.*	*Phaſes.*
Hor. 3. 20.			nubes ubique
3. 34. 0.			Inceperat Eclipſis apparente Sole inter nubes; quantitas obſcurationis dig. 2. 30. dubia
3. 37. 30.			dig. 3.
3. 48. 14.	3. 47. 47.	gr. 51. 31.	dig. 4. 20. dubia ubique
3. 52. 0.			dig. 5. optima
3. 57. 0.	3. 56. 2.	gr. 52. 58.	dig. 5. 30.
4. 2. 0.	4. 2. 29.	gr. 54. 10.	dig. 6.
4. 4. 45.	4. 5. 59.	gr. 54. 4.	dig 6. 30. optima
4. 9. 20.	4. 9. 1.	gr. 57. 17.	dig. 7. exacta
4. 14. 40.	4. 15. 43.	gr. 56. 28.	dig. 7.
4. 19. 0.			dig. 7. 20. dubia
4. 27. 44.	4. 28. 42.	gr. 58. 39.	dig. 7. 20.
4. 32. 35.	4. 34. 20.		dig. 7. ſatis exacta
4. 34. 20.			dig 6. 45.
4. 44. 30.			dig. 6. 30.
4. 47. 15.			dig. 6. 30.
4. 51. 30.			dig 6. optima
4. 54. 38.	4. 53. 53.	gr. 63. 16.	dig 5. 30. exacta
4. 58. 0.	4. 57. 38.	gr. 63. 56.	dig. 5. exacta
5. 1. 55.	5. 1. 2.	gr. 64. 32.	dig 4. 30. ſatis exacta
5. 4. 40.	5. 5. 28.	gr. 65. 19.	dig. 4. diligens ubiq;
5. 7. 10.	5. 6. 23.	gr. 65. 28.	dig. 3. 30. exacta
5. 10. 30.	5. 9. 9.	gr. 65. 58.	dig. 3. exacta
5. 12. 35.	5. 13. 28.	gr. 66. 43.	dig. 2. 30. ſatis exacta
5. 16. 15.	5. 16. 14.	gr. 67. 13.	dig. 2. exacta
5. 19. 50.	5. 20. 24.	gr. 67. 57.	dig. 1. 30. exacta
5. 22. 30.	5. 23. 21.	gr. 68. 28.	dig. 1. exacta
5. 25. 0.	5. 25. 14.	gr. 68. 48.	dig. 0. 30. diligens
5. 27. 40.	5. 28. 7.	gr. 69. 18.	dig. 0. acuratiſſima.

Circa

Digitized by Google

Circa obſervationes ab initio Eclipſis uſque ad medium circiter, eas quidem præter unam, aut alteram, omnis erroris expertes eſſe non auſim affirmare; intercurrentibus enim identidem nubibus Solis ſpecies nonnihilo minor, & palidior reddebatur, unde non omnimoda certitudo promitti poteſt; à Medio autem Eclipſis ad finem uſque, cum nullis nubibus Sol impediretur, obſervationes certiores ſunt, & diligentiùs habitæ.

Notabile fuit; cum quantitas Eclipſis fuerit dig. 7. 10. quod non modicam aëris offuſcationem debebat inducere, ut aliàs multoties in conſimilibus defectibus obſervatum eſt; nihilominus tamen vix ſenſibiliter conſuetum in Sole libero aëris ſtatum mutatum fuiſſe; unde plurimis Solem non reſpicientibus orta ſuſpicio, aut Solem non defeciſſe, aut minimùm quidem; Cujus quidem rei non alia mihi videtur aſſignanda cauſa quàm ingens vis nubium à Sole maximè illuminatarum, quæ non multa ab eo diſtabant; ab his enim Solis radius per reflexionem, & refractionem multiplicatus certè intenſior redditus deficientem aliundè ſplendorem potuit compenſare: ſic aliquando videmus præſertim occidente Sole nubes adeo illuminatas eſſe, ut poſt ejus etiam occaſum vividiſſimam lucem effundant, quin immò etiam umbras non ſemel projiciant.

Promiſſas ſuperiùs meridianas Solis obſervationes, quæ ſunt tangentes diſtantiarum utriuſque limbi Solis à vertice, habitas in Gnomone Vallæo hic habe:

		Die 8. *Julii* 1684.		
Tang.	40000.	Tang.	41033.	optima
		Die 10. *ejuſdem.*		
Tang.	40560.	Tang.	41530.	dubia propter nubes
		Die 11.		
Tang.	40820.	Tang.	41830.	optima
		Die 12.		
Tang.	41190.	Tang.	42120.	optima
		Die 13.		
Tang.	41395.	Tang.	42430.	optima
		Die 14.		
Tang.	41705.	Tang.	42725.	optima
		Die 15.		
Tang.	41940.	Tang.	43175.	optima.

Tu interim me ut ſoles ama, & ſi quas ad huc habes hujus Eclipſis obſervationes huc quoque tranſmittas rogo Vale.

Dabam Bononiæ die 15. Julii 1684.

Tui Vir Illuſtriſſime

Addictiſſimus, & Obſequentiſſimus

DOMINICUS GULIELMINUS.

DOMI-

DOMINICI GULIELMINI OBSERVATIONES PHILOSOPHICÆ,

è Salium Figuris excerptæ,

ORATIO

habita in Academiâ Philoſophorum Experimentorum,

Sub auſpiciis Clariſſimi Viri

ARCHIDIACONI MARSIGLII,

veſpertinis horis, 11. Calendas Apriles, Anni 1688.

Opus hoc Italum Latinitate donavit H. Fiot, olim T. P. D.

RIFLESSIONI FILOSOFICHE

Dedotte dalle Figure de' Sali

DAL DOTTORE

DOMENICO GUGLIELMINI

ESPRESSE IN UN DISCORSO

Recitato nell' Accademia Filoſofica Eſperimentale

DI MONSIG. ARCIDIACONO MARSIGLI,

la ſera delli 21. Marzo 1688.

Illuſtriſſimo, ac Excellentiſſimo

DOMINO

D. MARC. ANTONIO BORGHESIO.

ARduam Excellentiæ Tuæ mentem exornant non ſolùm præclara illa animi propenſio ad protegendas huma-

ni-

All' Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo

SIGNORE

D. MARC. ANTONIO BORGHESE.

ORnano il grand' animo di Voſtra Eccellenza non ſolo il bel genio di favorire le buone lettere, mà ancora il buon guſto

in

Digitized by Google

niores literas, ſed etiam ſenſus optimus, quo eaſdem cumulatè intelligis, atque ex ipſis exquiſitiſſimas, ornatiſſimaſque cognitiones noſti colligere. Quod quidem inter conficienda itinera ſua univerſo Orbi tantò ſplendidiùs oſtendit Excellentia tua, quantò glorioſiùs per Europæ clariſſimas Provincias ſuſcepta ſunt, quarum peragrandarum præcipuus ſcopus fuit, ut in eruditiſſimis viris Virtutis excellentiam magis, quàm in Civitatibus, ſeu populi frequentiam, vel Ædificiorum magnificentiam detegeret. Ego verò, cui, dum Romæ verſatus ſum, humaniſſimâ ſimul & eruditiſſimâ conſuetudine Excellentiæ tuæ frui datum eſt, potui ex illâ animadvertere, quantùm, præ cæteris diſciplinis, experimentis Philoſophicis acquieſceret, quibus ita abundat ætas noſtra. Id animos dedit ut Excellentiæ tuæ pedibus illæ meæ Philoſophicæ obſervationes è Salium Figuris emanatæ ſubjicerentur; perſuaſum cum mihi ſit, futurum ut benigniſſimam ſuam approbationem, & præſidium conceſſura ſit

Excellentiæ Tuæ

Bononiæ VIII. Cal. Sept.
25. Aug. 1688.

Humillimo, Devotiſſimo, ac Devinctiſſimo Clienti

DOMINICO GULIELMINO.

in intenderle perfettamente, e saperle ſcegliere le più fine, ed aggiuſtate notizie. Hà ciò fatto l'Eccellenza Voſtra conoſcere a tutto il Mondo ne' ſuoi viaggi altrettanto ſplendidamente, quanto glorioſamente intrapreſi per le più coſpicue Provincie dell' Europa, nel giro delle quali hà Ella havuto per principale oggetto di riconoſcere ne' primi Litterati di quelle l'eminenza della Virtù, più che nelle Città, ò la frequenza del popolo, ò la ſontuoſità delle fabbriche. Io, che più volte hò avuta la fortuna, nel tempo della mia dimora in Roma, di godere de' benigni, e virtuoſi diſcorſi di Voſtra Eccellenza, hò altresì potuto in eſſi diſcernere quanto frà l'altre ſcienze prenda Ella diletto della Filoſofia Sperimentale, & in che grado di ſtima abbia le nuove cognizioni Filoſofiche, delle quali è ſtato, ed è tanto ferace il noſtro ſecolo. Ciò m' hà fatto animo a portare a' piedi di Voſtra Eccellenza queſte mie Filoſofiche Rifleſſioni, che hò dedotte dalle Figure de' Sali, perſuadendomi non ſia per negarle l'umaniſſimo ſuo gradimento, inſieme e patrocinio, e a me l'onore di potere ſempre apparire

Di Voſtra Eccellenza

Bologna li 25. Agoſto
1688.

Umiliſſimo, Devotiſſimo, & Obligatiſſimo Servitore

DOMENICO GUGLIELMINI.

De

De Salium Figuris ORATIO.

Veritas, unicus Philoſophicarum cognitionum ſcopus, jacuit tam altè ſepulta in rerum creatarum productione, ut, quantùm facile fuit Creatori eandem olim in iis abſcondere, tantò difficilius fuerit in ipsâ inveſtigandâ cum ſucceſſu laborare. Ad cujus rei probationem inſervit opinionum varietas, quæ de unâ eâdemque re interceſſit recentiores inter, & veteres Philoſophos, qui, licèt ſententias ſparſerint invicem omnino oppoſitas, Immortales tamen reliquerunt Scholas, in quibus floruerunt, non quidem propter veritatem, quam in ſe continerent eorum dogmata, at propter ingentem Profeſſorum multitudinem, qui eam ſectati ſunt. Attamen cum *unum, & verum* ſint quid idem, fieri non poteſt ut in qualibet earum veritas includatur.

Hinc factum eſt, ut nonnulli poſt iteratos labores multos, ſpe dejecti futurum umquam ut illam ipſi repetirent, tam moleſto animi cruciatui ſupervivere noluerint, atque alii in Euripum, ex eo quod motuum illius tam intricatorum intelligentiam aſſequi non valerent, alii in Veſuvii voraginem, quòd minùs caperent unde tam terribilia procederent incendia præcipites ſe dederint. Sicut olim Ariſtoteli, & Plinio accidit, qui ſatis animoſi fuerunt, ut

elege-

DISCORSO *Sopra le Figure de' Sali.*

La Verità, unico ſcopo delle Filoſofiche cognizioni, reſtò così profondamente ſepolta nella produzione delle coſe create, che quanto facile al Creatore fu già in eſſe occultarla, rieſce altrettanto difficile il rinvenirvela. Servane per prova la varietà delle opinioni, che d'una coſa ſteſſa anno tenute tanto i moderni, quanto gli antichi Filoſofi, le quali, benche trà di loro totalmente oppoſte, anno però reſe immortali le Scuole, nelle quali fiorirono, non per la verità, che in ſe conteneſſero, mà per la moltitudine ben grande de' Profeſſori che le ſeguirono: E pure eſſendo l'iſteſſo Unum, & Verum, *non è poſſibile, che in ogni una di eſſe la Verità ſi racchiuda.*

Quindi è, che alcuni doppo reiterate fatiche, diſperati di poter più ritrovarla, non vollero ſopravivere ad una sì noioſa ſindereſi, affogandoſi altri nell' Euripo, perche non capiva la cauſe di quegl' intricati moti, altri precipitandoſi nelle voragini del Veſuvio, per non intendere d'onde naſceſſero incendi sì ſpaventoſi, come ſuccedette ad Ariſtotele, e a Plinio, che furono què generoſi, che eleſſero di rimanere più toſto privi della vita, che ritenerla oppreſſa dall' inſoffribile tirannide dell' igno-

ranza

elegerint privari vitâ potiùs, quàm eandem ſub minimè tolerandâ ignorantiæ Tyrannide circa naturæ cauſas oppreſſam retinere, in quo Senecæ dictum verum oſtendunt: *Niſi ad hæc admitteremur, non fuerat operæ pretium naſci.* *lib. 1. nat. quaſt.*

Gemma tamen illà eſt eò pretioſior, quòd digna ſit ut ejus inveniendæ cauſæ totis viribus in inveſtigandis naturæ fodinis abſconditiſſimis incumbamus; quaſi dixerit impoſſibile etiam tentandum eſſe, eam ut omnino conſequamur.

Quàm ob cauſam qui non ſatis animoſus fuit ut eminùs arceret illam vel cum lucis jacturâ deſperationem, viam aggreſſus eſt aliam, uti ad Verum comparandum perveniret; At quoniam eruditis viris nihil aliud dolendum magis eſt, quàm quòd tam exiguus fructus perceptus fuerit ex tot exantlatis Philoſophorum laboribus, qui annis propemodum ſex millibus diſtenti in inveſtigandis Naturæ cauſis, ſcientiam unam non dicam ſtabilierunt, at multò minùs auſpicati ſunt, liceat mihi ante omnia brevem exquiſitioris methodi rationem exponere, ne fortè quis aberret, dum eam viam ſequeretur, quæ ipſum ad exoptatum finem minùs poſſet perducere.

Dubitandum non eſt intellectus humani lumine, motu quidem velociſſimo, ipſa rerum viſcera penetrari poſſe, ut ex illis quaſi vi quâdam veritas extorqueatur. Manifeſto ſint exemplo Mathematicæ diſciplinæ, è quibus pauciſſimorum exemplorum ope tanta exurgit cognitionum ſeges, ut admirationem vulgi, à quo non intelliguntur, excitet. En Architæ colum-

ranza circa le coſe della Natura, facendo con ciò auverare il detto di Seneca: Niſi ad hæc admitteremur, non fuerat operæ pretium naſci. *lib. 1. nat. quaſt.*

Queſta nondimeno è una gemma cotanto prezioſa, che merita s'impieghi tutto lo sforzo in iſviſcerare le più recondite miniere della Natura, anzi, quaſi diſſi, ſi tenti di ſuperar l'impoſſibile per renderſene padrone.

A queſto fine chi non hà avuto il coraggio di eſimerſi dalla diſperazione colla perdita della vita hà tentate altre ſtrade per arrivare all' acquiſto del vero; Ma perche niente più anno i Letterati dà compiangere quanto il poco frutto cavato dalle fatiche di tanti Filoſofanti, i quali nel corſo di poco meno di ſei mill' anni ſi ſono tutti nella ricerca delle coſe di Natura impiegati, ſenza avere ſin' ora, non dirò ſtabilita, mà poco meno, che cominciata una ſcienza, ſiami lecito, prima di ogn' altra coſa, fare una breve ricerca de' Metodi più ſeguitati, per non avere forſe a traviare, caminando per una ſtrada, che non porti al termine, che ſi deſidera.

Non è da dubitare, che il lume dell' umano intelletto velociſſimo di moto, non poſſa penetrare ſino alle midolle delle coſe per cavarne fuori, come per forza, la verità. Ne ſono d'eſempio manifeſto le Matematiche, nelle quali da pochi principj ſi è veduta pullulare così gran meſſe di cognizioni, per mezzo delle quali ſi giunge à fare traſecolare il volgo, che non le intende.

Eccovi

Digitized by Google

columba, quæ volatum ſuum per Tarenti patriæ ſuæ compita dirigit. En Archimedes, qui è Syracuſarum mœnibus machinis ſuis ſolus obſidentem exercitum Romanum diſſipavit, quem modò flammis delebat, modò illius naves aquis obruebat, modò ad ſcopulos allidere cogebat, ita ut deſperatis rebus Marcellus in hæc verba erupcrit: *Num deſiſtimus contra hunc Geometram pugnare Briareum, qui ſedens in littore, ludenſque noſtras naves cum ingenti diſjicit ignominiâ.*

Plutarc. in Vita Marcelli.

Poſtquam illis animos dedit ejuſmodi ſpeculationum felix ſucceſſus, multi eas experimentis Philoſophicis probare voluerunt. At quam diſſimilis fuit eorum ſors! Si quidem principiis deſtituti, quæ ſatis certa eſſent, admiſſiſque propoſitionibus, quæ primâ fronte videntur univerſales, & non ſunt, neceſſe eſt ut aliæ aliis concatenatæ conſequentiæ rectè omnino procedant, ſæpe tamen accidit ut deductam ex alterâ propoſitionem falſitatis convincat experientia; uno principiorum defectu, quæ, ſi certa fuiſſent, ut par eſſet, rectè collocata aliud nihil præter veritatem producerent. Ejuſmodi ſermones, ſpeculationeſque videntur mihi poſſe ſimiles eſſe certo cuidam Pomo, quod, referente Solino ſecundùm ripas Aſphaltitis lacus naſcitur, qui *habeat licèt ſpeciem maturitatis mandi tamen non poteſt, nam fuliginem intrinſecus favillaceam ambitio tantùm extima cutis cohibet, quæ vel levi tactu preſſa fumum exhalat, & fatiſcit in vanum pulverem.*

Solin. Polyhiſtor. cap. 36.

Quibus verò manifeſtum eſt incerta eſſe rerum principia, illi Philoſophandi methodum paulò meliorem adin-

Eccovi la Colomba d'Archita, che va ſvolazzando per le Piazze di Taranto di lui Patria. Eccovi Archimede, che dalle Mura di Siracuſa, colle ſue Machine mette ſolo tutta in iſcompiglio l'Armata de' Romani Aſſediatori, ora facendola conſumar da un' incendio, ora di quella ſommergendo le Navi, ora ſpingendola ad infrangerſi frà gli ſcogli di maniera, che diſperato Marcello prorompe: Num deſiſtimus contra hunc Geometram pugnare Briareum, qui ſedens in littore, ludenſque noſtras Naves cum ingenti diſjicit ignominiâ. *Animati da queſti felici progreſſi delle ſpeculazioni, anno voluto farne molti la prova nella Filoſofia; mà, o con quanto differente fortuna! atteſoche eſſendo eſſi ſproveduti di principi abbaſtanza certi, e ſervendoſi di propoſizioni, che a prima viſta paiono univerſali, e non le ſono, forz' è, che tuttoche i conſeguenti procedano perfettamente, l'uno concatenato con l'altro, nondimeno s'arrivi ſovente a dedurne una propoſizione per altro convinta di falſo dall' eſperienza; colpa ſolamente de' principi, che ſe foſſero certi, come dovrebbono, bene adoperati non partorirebbero, che la Verità. Paiono a me tali diſcorſi, e ſpeculazioni poterſi raſſomigliare a un certo Pomo riferito da Solino, che naſce vicino alle rive del Lago Aſfaltite, il quale* habeat licèt ſpeciem maturitatis, mandi tamen non poteſt, nam fuliginem intrinſecus favillaceam ambitio tantùm extimæ cutis cohibet, quæ vel levi tactu preſſa fumum exhalat, & fatiſcit in vagum pulverem.

Plutarc. in Vita Marcelli.

Solin. Polyhiſtor. cap. 36.

Perſuaſi altri dell' incertezza de' principi anno inventato un Metodo, mà poco migliore di filoſofare. Formano

adinvenerunt. Ejuſmodi formant hypotheſim circa principiorum conſtitutionem & naturam, quæ quidem apta eſt ad reddendam rationem eorum effectorum, quæ ſingulis diebus obſervantur, contenduntque ad demonſtrandam hypotheſim ſuam ſufficere, ut obſervationibus iſtis ſuppoſita principia conveniant. Præclarum ſanè cogitatum quòd imitantur Aſtronomi in efformandâ ſuâ ipſorum hypotheſi, dum poſito cœlorum, qui à ſe invicem æqualiter diſtent, certo quodam numero, diſpoſitioneque determinatâ; ſingulis etiam aſſignatâ nonnullâ motus periodo Planetarum ſitum, aſpectum, conjunctiones ad futura tempora prædicunt. At cur æqualiter explicatæ exiſtunt apparentiæ Cœleſtes, licèt cum contrarii Syſtematis hypotheſi. Inde fit ut cum iſtis veterum Aſtronomorum Sectatoribus indeciſum hodieque ſit, utrùm Planetæ Epicyclum ſuum luſtrent, ſuſtentati Eccenticorum ſuorum gyro, ſeu lineâ unâ ellipticâ motum ſuum indeſinenter proſequantur ut ſuperſedeam tot aliis ejuſmodi controverſiis, quas Aſtronomicorum Syſtematum producit varietas.

Idem accidit hypotheticis Philoſophis; cum enim nullos habeat limites Divina Potentia, quæ mille modis hunc Orbem condere poterat, nullomodo variatis ejuſmodi apparentiis, quæ ibi videntur, manifeſtum eſt Philoſophiam hypotheticam aliud non eſſe, quàm ludum divinandi, quo voluerit uti modo Creator, ut cauſarum demonſtraret univerſalitatem. De quibus illud dici poteſt, quod ſcriptis reliquit Eruditus vir quidam occaſione ſimilium hominum, Naturæ huic, quam ignorarent irati,

Vivis de Cauſ.

queſti una ipoteſi circa la conſtituzione e natura de' principi, adattata a rendere ragione degli effetti, che tutto giorno s'oſſervano, e pretendono, che per prova dimoſtrativa della ipoteſi baſti la congruenza de' ſuppoſti principi alle oſſervazioni. Ingegnoſo per certo è il penſiere, e sò che il ſimile fanno gli Aſtronomi nel formare le loro Teorie; mentre ſupponendo un tal numero di Cieli, tanto l'uno dall'altro diſtanti, diſpoſti con un' ordine determinato, & aſſegnando a ciaſcuno un certo periodo di movimento, predicono per li tempi avvenire i ſiti de Pianeti, gli aſpetti, e le congiunzioni; mà perche reſtano egualmente ſpiegate le Celeſti apparenze anche col ſuppoſto di contrari Siſtemi, quindi è che preſſo tal' uno ſeguace de' priſchi Aſtronomi reſta ancora indeciſo, ſe i Pianeti caminino sù gli Epicicli portati in giro da loro Eccentici, o pure per una ſola linea elittica proſeguiſcano continuamente il loro moto, per non dire di tant' altre ſimili controverſie, che dalla varietà degli Aſtronomici ſiſtemi derivano.

li, anco le loro metà FB, DE ſaranno eguali, e perche le due FB, DE anche ſono parallele, ſaranno le due FD, BE parallele, & eguali fra di ſe. & alla terza AC. Similmente ſi moſtreranno le tre AB, GH, CE eguali, e parallele fra di ſe. Perche dunque le due AB, BE ſono eguali, anche le lore metà FB, BH ſaranno fra di ſe eguali; e perche FI è parallela a BH, & FB ad IH ſaranno i lati BH, FI, FB, IH tutti eguali, e perche l'angolo FBH è retto, ſaranno, altretì tutti retti gli altri angoli BFI &c. e per conſeguenza FH, ſarà quadrato. Similmente ſi dimoſtreranno i quadrilateri FG, GD, DH eſſere quadrati; e perche il lato FI è commune a due, ſaranno i quadrati FG, FH eguali: ſimilmente ſi dimonſtreranno eguali gli altri quadrati. Il che &c.

Lemma Secondo.

Dico, che il quadri latero LNOM è quadrato, & equale al quadrato GD.

Poſciache eſſendo la GC eguale, e parallela alla LN, e ſimilmente la CD alla NO, ſarà l'angolo GCD retto eguale Lemma 3. *all'angolo LNO, che parimente ſarà* Prop. 10. XI. *retto; E perche NO è parallela a CE, e queſta ad AB, e queſta ad LM, ſarà anche NO parallela a LM. Similmente ſi dimoſtrerà MO parallela a* Prop. 9. XI. *LN, e per conſeguenza ſarà il quadrilatero LNOM nell' iſteſſo piano, e parallelo al piano della baſe AE; & oltre di ciò ſarà LO parallelogramo, e perche i lati LN, NO ſono eguali a* Prop. 5. XI. *GC, CD, e queſti ſono fra di ſe eguali ſaranno ancora LN, NO fra di ſe eguali, & eſſendo l'angolo LNO retto, ſa-*

rectus illa verò LM. erit LO quadrum unum, cujus latus LN æquale eſt lateri GC, unde quadrum LO erit æquale quadro GD. Quod &c.

ſarà LO un quadrato, del quale il lato LN è eguale al lato GC, onde il quadrato LO ſarà eguale al quadrato GD. Il che &c.

Lemma Tertium.

Dico, quatuor triangulos CND, NDO, ODE, KNO, eſſe inter ſe ſimiles, & æquales.

Prop. 1. vi. Si quidem cùm latera CK, KE in partes æquales diviſa ſint, ac per proportionatum conſequens futura ſit linea NO parallela lineæ CE; & per eandem rationem ND parallela lineæ KE, & OD lineæ CK. Quoniam igitur NO parallela eſt CD, & CN parallela DO erunt latera NO, CD inter ſe æqualia, ſicut pariter CN, DO; erunt igitur duo latera KN, NO æqualia duobus lateribus NC, CD, atque angulus KNO externus æqualis interno NCD, baſis ergo ND erit æqualis baſi KO, atque Prop. 4. i. alii anguli & omnis triangulus NCD æqualis, & ſimilis triangulo KNO. Similiter oſtendetur triangulus ODE, æqualis & ſimilis triangulo KNO. Prop. 4. vi. Idcirco in parallellogramo ND extrahitur diametrum ND erit triangulus NCD ſimilis, æqualis ve triangulo NDO ideoque quatuor om- Prop. 24. i. nes trianguli erunt æquales inter ſe, & ſimiles; & illi ſunt ſimiles triangulo KCE ſicut manifeſtum eſt, cum ſint æquianguli, quod &c.

Lemma Terzo.

Dico, che li quattro triangoli CND, NDO, ODE, KNO ſono fra di ſe ſimili, ed eguali.

Poſciache eſſendo i lati CK, KE diviſi in parti eguali, e per conſeguenza proporzionali ſarà la linea NO parallela a CE; e per la ſteſſa ragione ND ſarà parallela a KE, & OD a CK. Perche dunque NO è parallela a CD, e CN parallela a DO ſaranno i lati NO, CD fra di ſe eguali, come anco CN, DO; ſaranno dunque i due lati KN, NO eguali ai due lati NC, CD, e l'angolo KNO eſterno eguale all' interno NCD, dunque la baſe ND ſarà eguale alla baſe KO, e gli altri angoli a gli altri angoli, e tutto il triangolo NCD eguale, e ſimile al triangolo KNO. Similmente moſtreraſſi il triangolo ODE eguale, e ſimile al triangolo KNO, e perche nel parallelogramo ND è tirato il diametro ND ſarà il triangolo NCD, ſimile, & eguale al triangolo NDO e perciò tutti li quattro triangoli ſaranno frà di ſe eguali, e ſimili; e queſti ſono ſimili al triangolo KCE come è manifeſto, eſſendo equiangoli. Il che &c. Prop. 1. vi. Prop. 4. i. Prop. 4. vi. Prop. 24. i.

DOMI-

104 A

Aquarum Fluentium Menſura pars Altera Tab. I




fig. 33.




fig. 35.




fig. 34.




fig. 36.





fig. 37.


J. M. M. f.


104. B


Aquarum Fluentium Menſura pars prima Tab. II.





Digitized by Google

















J. M. Moerff sc.

Digitized by Google

Digitized by Google

DOMINICI GULIELMINI

MED. DOCT. BONONIENSI,

In Patrio Archigymnaſio Scientiarum Mathematicarum Primario Profeſſore, & Aquarum Bononienſium Superintendente,

AQUARUM FLUENTIUM MENSURA,

NOVA METHODO INQUISITA.

ILLUSTRISSIMI, atque AMPLISSIMI

SENATORES.

VEſtrum eſt, quod nunc veſtro Nomine inſcriptum in lucem prodit Opuſculum de *Aquarum Fluentium Menſura* PROCERES ILLUSTRISSIMI. Veſtrum inquam eſt, eo quòd à decennio, me longe alia meditantem, ad hæc ſtudia mandatis veſtris primi excitaſtis; Veſtrum, quia ante quinquennium collata mihi veſtrarum Bononienſium aquarum Præfectura; deinde etiam primi nominis Matheſeos Cathedra in famigeratiſſimo hoc Archigymnaſio, eadem & decoro ſtipendio, & frequenti opportunitate foviſtis; Veſtrum tandem eſt; cum ad hos tres primos libros publici juris faciendos in Patriæ commodum plurimi Veſtrum animos addideritis. Quod ergo tot titulis veſtrum eſt, omni etiam jure veſtris ſub Auſpiciis prodire debuit; ita ut mihi, nec vel pauxillùm, cunctandum fuerit in eligendo hiſce laboribus, ſtudiiſque meis Patrono, quem non alium eſſe Fata ſanxerunt, niſi ILLUSTRIS-

SIMUM, atque AMPLISSIMUM BONONIÆ SENATUM. Excipite igitur benigno, ut ſoletis, animo, & vultu hæc mea, qualiacunque nunc vobis offero, conamina, eo ſolummodo genio inſtituta, ut Patriæ pro viribus prodeſſem, & à vobis mihi demandatam Aquarum provinciam potiori jure adminiſtrarem. Valete in ævum duraturi PROCERES ILLUSTRISSIMI, & me, meaque ſtudia, eo, quo flagratis in promovendis ſcientiis amore, fovere non dedignemini.

DD. VV. ILLUSTRISSIMARUM

Bononiæ Kal. Auguſti 1690.

Humillimus, Addictiſſimus & Obſequentiſſimus Servus, & Cliens.

DOMINICUS GULIELMINUS.

LECTOR

LECTORI BENEVOLO.

C*UM primum* Aquarum Fluentium Menſuram *noviſſe animus fuit, id præſtiti, quod ſolemne omnibus eſt, ut Auctorum libros, quotquot potuerim, hanc Spartam exornantium, avido ingenio luſtrarem, & eorum methodum, ac demonſtrationes nanciſcerer: parùm tamen in iis evolvendis laboravi, cum mole parva volumina, numero pauca non diu ingenium fuerint remorata. Quod tamen non effecit librorum moles, & numerus, abundè ſupplevit difficultas, & magnitudo argumenti ab Auctoribus vix delibati, & ſolummodo circa generalia quædam hactenus demonſtrati. Antecellit ſiquidem omnes, ut eruditis compertum eſt, ęterna memorię dignus P. Benedictus Caſtellus, ut pote qui primus, Geometria in ſubſidium vocata, velocitatis rationem ad certam normam, & regulas redigendam in menſurandis aquis fluentibus animadvertit, pluresquè de ea propoſitiones expoſuit, & demonſtrationes concinnavit. Sed bina in ejus Tractatu dubia occurrere, Primum fuit, quòd cum conſtet, non unam, & ſibi ubique ſimilem eſſe in omnibus aquę fluentis partibus, velocitatem; hęrebam, cuinam ex his demonſtrationes applicandę eſſent; & licèt facilè fuerit internoſcere, ex omnibus velocitatibus mediam quandam componendam eſſe, eodem pacto, quo ex inęqualibus Planetarum motibus Aſtronomi medium, & ęqualem colligunt; adhuc tamen major inerat difficultas in recta media velocitatis determinatione, quam impoſſibile penitus cenſui ex Caſtellianis demonſtrationibus elicere. Accedebat erronea velocitatis ſuperficiei ad reliquas inter fundum, & ſuperficiem applicatio, & lubrica ejuſdem inquiſitio, quibus omnibus factum eſt, ut nihil certi, nihil veri indè poſſet deduci.*

Alterum dubium, quod & aliis negotium faceſſit, fuit in propoſitione ſecunda ſecundi libri, cujus demonſtrationem non adinveniſſe, aut ſaltem ei non acquieviſſe, ingenuè fatetur ſubtiliſſimus Auctor. Hanc autem, cum aliorum tentamina minùs placerent, demonſtrare aggreſſus fueram, ſed ſtatim vidi, rem eò tendere, ut proportionem velocitatis involveret, quam Aqua è vaſis erumpens ex majori altitudine nanciſcitur, de qua Torricellius, Ballianus, & alii, quę cum propoſitione Caſtelli nullo modo poteſt convenire. Hinc in vaſis, aquæductibus, canalibus &c. experimenta capi inſtituere, ut certior fierem, an velocitates creſcerent in ratione altitudinum, an vero in ſubduplicata earundem; & in vaſis quidem hanc ultimam certò deprehendi; licèt in canalium ſectionibus ſumma ab utraque aberratio contingeret, quod certum fuit argumentum, velocitatem ſępè ſępius aliunde derivare, quàm ab aquę in ſectionibus altitudine.

Additus igitur animus eſt, ut Doctrinam totam, ab ovo, ut ajunt exordirer, meaſque tentarem vires, quò difficile hoc argumentum in Scientiarum additamentum, & Vitę civilis commodum promoverem. Itaque cum mihi videar magnis omnino auſis hucuſque non excidiſſe; ſtatui literario orbi communicare,

nicare, quæ de Aquarum Fluentium Menſura *pluribus ab hinc annis meditatus ſum, quæque mihi videor ad Geometricam incudem reduxiſſe.*

Ea autem pluribus complexus ſum libris, quorum tres priores publica luce nunc fruuntur, reliquis judicium, de his, tuum, & diuturniores cogitationes expectantibus; ut aliquando, ſi Deus dederit, & ipſi è tenebris evolvantur. Cæterum monitum te volo, Lector humaniſſime, me Aquarum fluentium menſuram conſultò primis hiſce tribus libris in ſumma ſimplicitate conſideraſſe, ut indè certas Naturæ leges colligerem, quibus ad ulteriora progredi liceret, pluresque canalium, & fluminum affectiones inter ſuppoſitiones inducere, quod reliquis libris præſtabo; unde hi non ſtatim, tamquam inutiles, rejiciendi erunt ex eo, quòd tales, quales in ſecundo, & tertio libro ſuppono canales, ut plurimum, in Natura non dentur, cum ex his via ſternatur, meo quidem judicio, apertiſſima, qua ad Aquæ fluentis menſuram, in vulgaribus fluminibus, aſſequendam, deducamur. Hinc primo libro generalem doctrinam velocitatis, tum ſimplicis in unica linea, tum compoſita in unica ſuperficie, & uno ſolido, complexus ſum, eo quòd cum per diverſa accidentia fiat, ut in eadem ſectione diverſæ perpendiculares, diverſas habeant velocitates; poſſit unaquæque ex iſtis ſeorſim conſiderari, & ex earum unione media quædam totius ſectionis velocitas componi. Quo quidem progreſſu, & omnes ferè propoſitiones Caſtelli, alia tamen, & ut cenſeo, faciliori methodo demonſtravi, & fundamentum oſtendi, quo nititur menſura proportionalis aquarum fluentium, quam Baraterius ſuis numeris, ut ipſe vocat, latiquadris exprimit, licet eorum confectio ex falſo Caſtelli ſuppoſito erronea ſit. In ſecundo autem libro Aquarum Fluentium Menſuram, *eamque abſolutam in Canalibus inclinatis, & in tertio in Canalibus horizontalibus, tam ſolitariis, ideſt ſimplicibus, quam unitis, ideſt ex aliorum ſimilium horizontalium confluentia aquam recipientibus, inquiſivi, ut quoniam fieri nequit, ut per datam ſectionem major fluat Aquæ quantitas, quam per Canale inclinatum integra deſcenſu velocitate, neque minor, quam per Canale horizontale ſola velocitate à preſſione; ſaltem menſura haberetur inter duos certos terminos media, quorum primum excedere non poſſet, ſicuti ab altero non deficere.*

Methodum exponendi, quod ſpectat, ea me fatente varia eſt, ſed fortaſſe non inconcinna; primo ſiquidem libro fuſior fui, & laxior, quam ſublimiorum ingeniorum dignitas expoſceret, tam in multiplicandis propoſitionibus, & demonſtrationibus concinnandis, quam in citandis marginaliter Elementorum propoſitionibus: id tamen præſtiti, ut facilitati conſulerem, & ut vulgarium Hydrometrarum ingenio me accommodarem, quorum in Geometricis cognitio Euclidiana Elementa, ut plurimum, non excedit, ut ſi aliorum librorum compotes eſſe non poſſent, ſaltem hujus uſu, & utilitate non fraudarentur. In reliquis autem, cum materiam eorundem captum excedere animadverterem, preſſior fui, & contractior, mecum ipſe meditans Eruditiores Mathematicos alloqui, quibus plurima, quamvis vulgò ignota; attamen vulgaria eſſe ſolent. Et hæc quidem methodus ſemper mihi probanda viſa eſt, ut ſicuti à facilioribus inchoandum,

dum,

dum, & ex his ad difficiliora progrediendum, ita primò quidem plana ſit, licet fuſior demonſtrandi ratio, deinde ſenſim contractior, tum ad evitandam nimis noxiam prolixitatem, tum ne ingenia nimia facilitati aſſueta, reſpuant difficiliora.

Benevole igitur Lector his fruere, dum in reliquis libris tibi parandis laboro, eo etiam animo, ut univerſaliter ad fluidorum motum, tum naturalem, tum violentum, etiam extra Mathematicos fines, uſque videlicet ad Medicæ Artis penetralia, ſi ingenium, & tempus ſuppetet, meditationes has meas traducam; cum à jugi fluidorum animati corporis motu, & vitam ipſam, & functiones, & læſiones, & medelas, maximam partem pendere, Recentiorum Anatomicorum inventa, & rationes abundè perſuadeant. Apparebit ſiquidem, quantum halucinentur Matheſeos, & Anatomes, utiliſſimarum, tam ad Theoricam, quam ad Practicam Medicinam Artium detrectatores; cum nihil ex his inutile, nihil ſupervacaneum, ſed ex iiſdem, & ex perenni ſymptomatum, & conſequentium accidentium obſervatione, quam nemo non proſequitur, Medicæ, ſive, ut ajunt Clinicæ *Artis fundamenta, & præcepta conſiſtant, ſitque, vel ſolo hoc nomine, infelix Medicina, quod eam facientes, intra nimis arcta doctrinæ limites contineantur, eoſque ulterius extendere, vel non valeant ſæpius, vel negligant. Ignoſco, Lector humaniſſimè, ſinceritati, conculcatarum injuria artium vindicatrici, & Vale.*

LIBER PRIMUS,

In quo Generalis Doctrina velocitatis proponitur.

Definitiones.

I. AQuam fluentem eam intelligimus, quæ propriæ tantùm gravitatis momento per alveos fluminum, vel canalium verſus centrum gravium deſcendit.

II. Sectio fluminis naturalis eſt communis ſectio Aquæ fluentis cum plano orthogonaliter ſecante fundum fluminis, & utramque fluminis ripam, quæ, cum utplurimum varia ſit, nec ad regulam reducibilis; ideo--

III. Sectio artificialis fluminis intelligatur quaſi facta in flumine, cujus fundus per tranſverſum horizontalis ſit; ripæ autem & inter ſe parallelæ, & fundo erectæ, quæ ſectio ſemper erit parallelogramum rectangulum.

IV. Altitudo viva aquæ fluentis, ſeu ſectionis eſt linea perpendicularis à ſuperficie aquæ ad baſim ſectionis taliter diſpoſitam demiſſa, ut ceſſante fluxu, nihil in ea ſtagnantis aquæ remanere poſſit, quæ & unico nomine vocetur perpendicularis.

V. Velocitas naturalis aquæ fluentis eſt vis non ab extrinſeco aliquo conciliata, qua mediante pars aliqua aquæ apta eſt determinatum ſpatium certo tempore percurrere, cumque hæc variis in partibus magis, aut minùs remotis à ſuperficie varia ſit, ideo--


VI. Velocitas maxima erit illa, qua mediante partes aliquæ aquæ ſunt aptæ longiorem viam reſpectu reliquarum certo tempore percurrere, ſeu quæ alias velocitates in eadem perpendiculari exiſtentes ſuperat.

VII. Velocitas verò media ea eſt, quæ cum ſit in aliqua parte aquæ ejuſdem perpendicularis talis eſt, ut ſi eâ fluerent ſuperiores, & inferiores, æqualis aquæ menſura flueret per illam perpendicularem, ac fluat inæqualibus exiſtentibus velocitatibus; ſeu illa eſt, quæ à majoribus velocitatibus tantò ſuperatur, quantò ea ſuperat minores.

Pro quarum definitionum clariori intelligentia ſupponatur recta perpendicularis AB taliter demerſa infra ſuperficiem aquæ fluentis, ut punctum A ſit in ſuperficie, punctum vero B in fundo. Partes aquæ inter A, & B diverſas habent velocitates, ut experientia conſtat, Noſque ſuo loco oſtendemus: in ſuperficie enim minores ſunt, quò verò remotiores à ſuperficie ſemper majores: itaque ſi hujuſmodi velocitates rectis lineis exprimantur, erit BC velocitas partis aquæ ſitæ in B, DE velocitas aquæ in D, & ſic deinceps; cumque BC maxima ſit linearum BC, DE, IH, GI; ipſam BC dicemus maximam velocitatem. Velocitatem vero mediam dicimus v. g. lineam FH, ſi ea talis ſit, ut ſi omnes partes aquæ fluen- *Fig. 1.*

110 A

Digitized by Google



TAB. I.

Aquarum Fluentium Menſura pars prima.

fluentes per A B haberent velocitatem æqualem velocitati FH, tantumdem aquæ flueret per AB tempore, quo B fertur in C, ac fluat, eodem tempore diverſis exiſtentibus velocitatibus BC, DE, FH &c. ſeu ſi velocitas FH ſupponatur ſuperari à ſingulis velocitatibus inter F, & B exceſſu HMC; æquali exceſſu ſuperet illa velocitates inter A, & F. v. g. exceſſu KLH.

VIII. Complexus velocitatum eſt unio omnium velocitatum exiſtentium in ſingulis aquæ partibus ſitis in eadem perpendiculari, vel ſectione, ut in ſuperiori figura complexus velocitatum perpendicularis AB, eſt figura ABCHK.

IX. Sectiones æquè veloces ſunt illæ, in quibus velocitates mediæ æquales ſunt; ideſt per quas aqua fluit æquali velocitate media.

X. Sectiones inæqualiter veloces ſunt, quarum velocitates mediæ una alteram ſuperat, quarum quidem ea velocior dicitur, cujus velocitas media alteram ſuperat, & e contra.

XI. Aquæ quantitatem intelligimus molem aquæ totam, quæ per datam ſectionem dato tempore effluxit.

XII. Quæ diximus de ſectionibus æqualiter, vel inæqualiter velocibus, applicanda ſunt etiam perpendicularibus; ſicuti quæ diximus de complexu velocitatum in perpendicularibus, applicanda ſunt proportionaliter ſectionibus; quod etiam dicendum de velocitatibus maximis, mediis, &c. quæ applicandæ ſunt ſectionibus.

Axiomata.

I. In eadem ſectione artificiali quælibet perpendicularis eandem haber, vel æqualem velocitatem maximam, mediam, minimam &c. ſeclufis impedimentis contactus, adhæſionis, & extrinſecis quibuſcumque.

II. Velocitates diverſæ inter ſe comparandæ ſunt per relationem ad ſpatia, quæ poſſunt eodem, vel æquali tempore percurrere motu æquabili.

Poſtulata.

I. Data quacumque quantitate poſſe eam intelligi conformatam in quamlibet figuram ejuſdem generis, v. g. figuram planam, in triangulum rectangulum &c. ſolidam, in priſma, pyramidem &c. ejuſdem dimenſionis.

II. Datis quibuſcumque quatitatibus, eas poſſe poni ſub oculum per rectas habentes inter ſe eandem proportionem, quam dictæ quantitates.

Propoſitio I.

Flumine in eodem ſtatu manente æquales aquæ quantitates fluunt per omnes ejuſdem ſectiones æqualibus temporibus.

Sint duæ ſectiones A D, E H ejuſdem fluminis. Dico quantitatem aquæ fluentis per A D æqualem eſſe quantitati aquæ fluentis per EH æquali tempore. *Fig. 2.*

Si enim major aquæ quantitas flueret per AD, quàm per EH, flumen inter A, & E continuò creſceret, quod eſt contra ſuppoſitum; ſi vero minor flueret per AD, ac per EH, flumen inter A, & E continuò decreſceret,

ſceret, quod pariter eſt contra ſuppoſitum; ſi ergo nec major, nec minor quantitas fluit per AD, ac per EH; æqualis utrobiquè fluit. Quod erat probandum.

Prop. II.

Si aqua fluens per aliquam ſectionem vel perpendicularem dato tempore, intelligatur conformata in priſma rectum, cujus baſis ſit ſectio; altitudo priſmatis erit velocitas media ejus ſectionis.

Fig. 2. Sit ſectio AD, ſuper quam, tamquam baſim intelligatur conformata quantitas aquæ fluentis per eam dato tempore, in priſma rectum CF. Dico altitudinem AE, eſſe velocitatem mediam ſectionis AD.

Si enim omnes partes aquæ intra rectangulum AD æquali fluerent velocitate, dum pars C, fertur in G pars A ferretur in E, B in F, D in H, & partes quælibet rectanguli AD, ad ſibi correſpondentes partes, rectanguli EH; ideoque, ſi omnes velocitates ſectionis AD eſſent inter ſe æquales aqua naturaliter ſe conformaret in priſma CF; ſed priſma CF æquale eſt aquæ fluenti diverſis velocitatibus per ſectionem AD; ergo per eandem ſectionem æqualis aquæ quantitas flueret velocitate AE, vel CG, ac fluat diverſis velocitatibus eodem tempore, ideoque AE altitudo priſmatis erit velocitas media. Quod &c. *Def. 4. hujus.*

Idem oſtendetur de aqua tranſeunte per perpendicularem AC, ſi intelligatur conformata in rectangulum AG.

Prop. III.

In ſectionibus ejuſdem fluminis velocitates mediæ ſunt in proportione reciproca ſectionum.

Sint ſectiones AD, IM. Dico, ut velocitas media ſectionis IM ad velocitatem mediam ſectionis AD, ita eſſe ſectionem AD ad ſectionem IM. *Fig. 2. & 3.*

Intelligantur quantitates aquæ fluxæ æquali tempore per utramque ſectionem, conformatæ in priſmata recta, quorum baſes propria ſectio; ſitque primæ priſma AH, ſecundæ priſma IN. Quoniam itaque eodem tempore æqualis aquæ quantitas fluit per AD, ac per IM, erunt priſmata AH, IN æqualia; ſed priſmata æqualia reciprocant baſes, & altitudines; ergo ut AD ad IM, ita IP ad AE; ſed IP eſt velocitas media ſectionis IM, & AE velocitas media ſectionis AD; ergo ut velocitas media ſectionis IM ad velocitatem mediam ſectionis AD, ita ſectio AD ad ſectionem IM Quod &c. *Prop. 1. hujus. Prop. 29. xj. Elem. Prop. 2. hujus.*

Corollarium.

Ex hac propoſitione patet etiam ejuſdem converſum .v. quòd ſi ſectiones, & velocitates mediæ earundem inter ſe habeant rationem reciprocam, quantitates aquæ erunt inter ſe æquales; priſmata enim, quæ reciprocant baſes, & altitudines, inter ſe ſunt æqualia. *Prop. 30. xj. Elem.*

Prop. IV.

Per ſectiones inæquales, ſed æquè veloces, quantitates aquæ fluentes æquali

æquali tempore ſunt inter ſe, ut ſectiones.

Fig. 2. & 3. Sint ſectiones inæquales AD major, IM minor; ſint verò velocitates mediæ utriuſque æquales. Dico, ut ſectio A D ad ſectionem I M, ita eſſe quantitatem aquæ fluentem per AD ad quantitatem fluentem per IM æquali tempore.

Intelligantur quantitates Aquæ conformatæ in priſmata ſupra ſuas ſectiones, & ſit primæ priſma CF, ſecundæ vero priſma M P Erunt itaque A E velocitas media ſectionis AD, & IP velocitas media ſectionis IM, & quoniam ſectiones ſupponuntur æque veloces erunt AE, IP inter ſe æquales; ideoque priſmata CF, MP æquè alta: Sed priſmata æquè alta inter ſe ſunt, ut baſes, ergo ut AD ad IM, ita priſma CF ad priſma MP i. ut ſectio AD ad ſectionem IM, ita quantitas aquæ fluentis per AD, ad quantitatem aquæ fluentis æquali tempore per IM. Quod &c.

Prop. 2. hujus. Def. 9. hujus. Prop. 32. xi. Elem.

Corollarium I.

Prop. 1. vi. Elem. Itaque ſi ſectiones ſint artificiales, & ejuſdem altitudinis, ſed inæqualis latitudinis; quantitates aquæ erunt inter ſe, ut latitudines ſectionum.

Corollarium II.

Et ſi dictæ ſectiones ejuſdem eſſent latitudinis; inæqualis vero altitudinis; quantitates aquæ eſſent, ut altitudines, ſuppoſita tamen eadem velocitate media in utraque ſectione.

Prop. V.

Per ſectiones æquales, ſed inæqualiter veloces, quantitates aquæ fluentes æquali tempore inter ſe ſunt, ut velocitates mediæ ſectionum.

Sint ſectiones æquales AD, IM, ſed ſectio AD ſit minùs velox ſectione IM. Dico quantitatem aquæ fluentem per AD ad quantitatem aquæ fluentem per IM æquali tempore, eſſe ut velocitas media ſectionis AD, ad velocitatem mediam ſectionis IM. *Fig. 2. & 3.*

Conformentur aquæ, ut ſupra, in priſmata CF, KO; & quoniam æquales ſunt ſectiones AD, IM, erunt priſmata CF, KO in baſibus æqualibus, ſed priſmata in æqualibus baſibus conſtituta inter ſe ſunt, ut altitudines, ergo ut priſma CF ad priſma KO, ita altitudo AE ad altitudinem IP; ſed priſma CF eſt aqua fluens per ſectionem AD, & priſma KO eſt aqua fluens per ſectionem IM, & altitudo AE velocitas media ſectionis AD; altitudo vero IP velocitas media ſectionis IM; ergo ut quantitas aquæ per AD, ad quantitatem per IM, ita velocitas media ſectionis AD, ad velocitatem mediam ſectionis IM. Quod &c.

Comand. de CentroGrav. prop. 10. Prop. 2. hujus.

Corollarium.

Ex methodo, qua ſuperiores propoſitiones probavimus liquidò apparet, ſi quantitates aquæ æquales ſint, & ſectiones, à quibus profunduntur æquè veloces; futurum ut eædem quoque ſint æquales.

Corollarium II.

Et ſi quantitates aquæ æquales ſint, & ſectiones æquales; fore etiam æquè veloces.

Prop. VI.

Per ſectiones ejuſdem, vel diverſorum fluminum quantitates aquæ eodem tempore fluentes habent inter ſe rationem compoſitam ex proportionibus ſectionis ad ſectionem, & velocitatis mediæ primæ ſectionis, ad velocitatem mediam ſecundæ.

Fig. 2. & 3. Sint ſectiones AD, IM. Dico quantitatem aquæ fluentem per AD ad quantitatem aquæ fluentem per IM æquali tempore habere rationem compoſitam ex proportione ſectionis AD ad ſectionem IM, & velocitatis mediæ ſectionis AD ad velocitatem mediam ſectionis IM.

Prop. 2. hujus. Comm. de centro grav. propoſ. 11. Intelligantur enim quantitates aquæ conformatæ in priſmata recta CF, KO. Erit itaque AE velocitas media ſectionis AD, & IP velocitas media ſectionis IM. Cum igitur priſmata omnia habeant rationem compoſitam, ex rationibus baſium, & altitudinum, erit ratio priſmatis CF ad priſma KO compoſita ex rationibus baſis, ſeu ſectionis AD ad baſim, ſeu ſectionem IM, & altitudinis AE, ſeu velocitatis mediç ſectionis AD ad altitudinem IP, ſeu velocitatem mediam ſectionis IM. ſed priſma CF eſt quantitas aquæ fluentis per AD, & priſma KO eſt quantitas aquç fluentis per ſectionem IM; ergo aqua fluens per AD ad aquam fluentem per IM habet rationem compoſitam ex rationibus ſectionis AD ad ſectionem IM, & velocitatis mediç per AD ad velocitatem mediam per IM. Quod &c.

Corollarium.

Cum vero ſectiones AD, IM, utpote rectangula, habeant rationem compoſitam ex rationibus AC ad IK, & CD ad KM, ſequitur quantitatem aquæ fluentem per ſectionem AD ad quantitatem aquæ fluentem æquali tempore per ſectionem IM habere rationem compoſitam ex rationibus altitudinis ſectionis primæ AD ad altitudinem ſectionis ſecundæ IM, latitudinis ſectionis AD ad latitudinem ſectionis IM, & velocitatis mediæ per AD ad velocitatem mediam per IM. *Coman. ad prop. 24. vj. E. lem.*

Scholium.

Ex hac propoſitione univerſali ſequitur veritas propoſitionis quartæ, & quintæ, quas tamen conſultò ſeorſim demonſtravimus, nè nimia corollariorum faragine Lectores, vel ipſo initio, obrueremus.

Prop. VII.

Si flumen augmento novæ aquæ intumeſcat; quantitas aquæ fluentis in intumeſcentia ad quantitatem aquæ fluentem ante intumeſcentiam æquali tempore, rationem habet compoſitam ex rationibus velocitatis mediæ ante intumeſcentiam ad velocitatem mediam in intumeſcentia,

tia, & altitudinis ante intumeſcentiam ad altitudinem in intumeſcentia.

Fig. 4. Sit flumen, cujus ſectio ante intumeſcentiam ſit AD, & augmento novæ aquæ intumeſcat uſque ad EF, ita ut fiat ſectio ED. Dico quantitatem aquæ fluentem per ſectionem AD ad quantitatem aquæ fluentem per ſectionem ED, habere rationem compoſitam ex rationibus velocitatis mediæ ſectionis AD ad velocitatem mediam ſectionis ED, & altitudinis AC ad altitudinem EC.

Ratio enim quantitatis aquæ per
Prop. 6. AD fluentis ad quantitatem aquæ
hujus. per ED fluentis æquali tempore, componitur ex rationibus velocitatis mediæ per AD ad velocitatem mediam per ED, & ſectionis AD ad ſectionem ED, ſed ſectio AD ad ſectionem ED eſt, ut AC ad CE; ergo quantitas aquæ fluens per AD ad quantitatem aquæ fluentem æquali tempore per ED eſt compoſita ex rationibus velocitatis mediæ per AD ad velocitatem mediam per ED, & altitudinis AC ad altitudinem EC. Quod &c.

Scholium.

Hæc propoſitio locum non habet, niſi in ſectionibus artificialibus; naturales enim ut plurimum non habent inter ſe rationem altitudinum; omnes verò anteactæ propoſitiones verificantur etiam in ſectionibus naturalibus .l. pro facilitate demonſtrationis ſectiones artificiales ſuppoſuerimus; in ſequentibus verò propoſitionibus, ſectiones ſemper neceſſariò ſupponuntur artificiales.

Prop. VIII.

In eodem flumine velocitas media unius ſectionis ad velocitatem mediam alterius habet rationem compoſitam ex rationibus altitudinis vivæ in ſecunda ſectione ad altitudinem vivam primæ, & latitudinis ſecundæ ſectionis ad latitudinem primæ.

Sint ſectiones AB, DE ejuſdem Fig. 5.
fluminis, in quibus AG, DH ſint al- & 6.
titudines vivæ, & GB, HE latitudines, ſitque velocitas media ſectionis AB linea BC; velocitas verò media ſectionis DE linea EF. Dico BC ad EF habere rationem compoſitam ex rationibus DH ad GA, & HE ad GB.

Quoniam enim æqualis aqua fluit Prop. 1.
per utramque ſectionem AB, DE; erit hujus.
ut velocitas BC ad velocitatem EF, Prop. 3.
ita ſectio DE ad ſectionem AB; ſed hujus.
ratio ſectionis DE ad AB eſt compoſita ex rationibus DH ad GA, & HE ad GB; ergo velocitas BC ad ve- Com. ad
locitatem EF erit in ratione compo- pr. p. 24.
ſita ex rationibus DH ad GA, & HE VI. Elem.
ad GB. Quod &c. Tacq. 2.

Prop. IX.

In eodem flumine altitudo viva aquæ unius ſectionis ad altitudinem vivam aquæ alterius ſectionis habet rationem compoſitam ex ratione latitudinis ſecundæ ſectionis ad latitudinem primæ, & velocitatis mediæ ſecundæ ſectionis ad velocitatem mediam primæ.

Sint ſectiones ejuſdem fluminis Fig. 2. &
AD, IM, quarum altitudines vivæ 3.
ſint AC, IK, & latitudines CD, KM.

 Dico,

Digitized by Google

Dico AC ad IK habere rationem compoſitam ex rationibus velocitatis mediæ ſectionis I M ad velocitatem mediam ſectionis A D, & latitudinis KM ad latitudinem C D.

Prop. 1. hujus. Prop. 2. hujus. Prop. 29. xi. Elem. Com. ad prop. 24. vi. Elem.

Supponantur enim quantitates æquali tempore fluentes per utramque ſectionem conformatæ in conſueta priſmata CF, KO; Erunt itaque priſmata CF, KO æqualia, eruntque CG, KQ velocitates mediæ ſectionum AD, IM, ſed priſmata æqualia reciprocant baſes, & altitudines; ergo ut altitudo AC ad altitudinem IK, ita baſis KN ad baſim CH; ſed baſis KN ad baſim CH eſt in ratione compoſita ex rationibus KM ad CD, & KQ ad CG; ergo proportio AC ad IK erit compoſita ex rationibus KM ad CD, & KQ ad CG, ideſt altitudo AC ad altitudinem IK habebit rationem compoſitam ex rationibus velocitatis mediæ ſecundæ ſectionis IM ad velocitatem mediam primæ ſectionis AD, & latitudinis KM ſecundæ ſectionis ad latitudinem CD primæ. Quod &c.

Corollarium.

Ex progreſſu hujus propoſitionis patet, quòd ſi latitudines ſectionum CD, KM accipiantur pro altitudinibus priſmatum; erit proportio latitudinum CD, KM compoſita ex rationibus IK ad CA, & KQ ad CG. i. latitudo primæ ſectionis ad latitudinem ſecundæ; erit in ratione compoſita ex rationibus velocitatis mediæ ſecundæ ſectionis ad velocitatem mediam primæ; & altitudinis vivæ ſecundæ ſectionis ad altitudinem vivam primæ.

Corollarium II.

Patet etiam, quòd anteactæ duæ propoſitiones non ſolum habent locum in ſectionibus ejuſdem fluminis, ſed & diverſorum; dummodo æqualibus temporibus per ipſas tranſeant æquales aquæ quantitates.

Prop. X.

Si unius fluminis aqua aliud flumen ingrediatur; altitudo, quam habet aqua primi fluminis, vel alia ipſi mole æqualis in ſecundo flumine ad altitudinem, quam habebat in proprio alveo, rationem habet compoſitam ex rationibus velocitatis, quam habet in ſecundo flumine ad velocitatem, quam habebat in proprio alveo, & latitudinis ſecundi fluminis ad latitudinem proprii alvei. *Fig. 5. & 6.*

Sit ſectio primi fluminis influentis AB, cujus altitudo AG latitudo GB, & velocitas media BC; ſit verò DH altitudo, quam habet in ſecundo flumine aqua influens; latitudo verò ſecundi fluminis HE; ideoq; DE ſectio, per quam tranſit aqua primi fluminis, dum fluit per ſecundum flumen, ejuſque velocitas EF. Dico altitudinem AG ad altitudinem DH habere rationem compoſitam ex rationibus velocitatis EF ad velocitatem BC, & latitudinis HE ad latitudinem GB.

Cum enim æquales quantitates aquæ fluant per ſectiones AB, DE; erit AG ad DH in ratione compoſita ex rationibus EF ad BC, & HE ad GB. Quod &c. *Prop. 9. hujus.*

Scho-

Scholium.

Advertendum eſt, dum dicimus AG ad DH habere aſſignatam rationem, nos non intelligere DH pro augmento facto in flumine per additionem novæ aquæ; non enim AG ad augmentum factum in flumine eam ſemper habet rationem, quam habet ad DH, ſed ſæpius majorem, ut ſuo loco patebit.

Corollarium.

Ex hac propoſitione, & octava manifeſtum fit, velocitatem mediam, quam habebat aqua fluminis influentis in proprio alveo ad velocitatem mediam, quam habet in ſecundo flumine, habere rationem compoſitam ex rationibus latitudinis ſecundi fluminis ad latitudinem primi, & altitudinis, quam habet in ſecundo flumine ad altitudinem, quam habebat in proprio alveo.

Prop. XI.

Si complexus velocitatum alicujus perpendicularis conformetur in rectangulum ſupra perpendicularem tamquam baſim; erit altitudo rectanguli velocitas media ejus perpendicularis.

Sit perpendicularis AB, cujus velocitatum naturalium complexus
Fig. 1. contineatur figura ABCK, ſitque hujuſmodi figura conformata in rectangulum BL, ita ut baſim habeat AB Dico ejus altitudinem AL eſſe velocitatem mediam perpendicularis AB. Latus enim LM partim erit intra figuram ABCK, partim extra, ut de ſe patet, alias vel rectangulum majus eſſet figura, vel minus; ſecabit ergo lineam KC in aliquo puncto v. g. H, per quod ducatur HF parallela altitudini AL. Quoniam igitur rectangulum BL æquale eſt ABCHK; ſi auferatur pars communis ABMHK, erit figura KHL æqualis figuræ MHC; ſed KHL eſt exceſſus velocitatum, quo FH una ex velocitatibus inter A, & B ſuperat velocitates inter A, & F, & MHC eſt exceſſus velocitatum, quo eadem FH ſuperatur à velocitatibus inter F, & B; ergo velocitas FH tantò ſuperatur à velocitatibus inter F, & B, quantò ea ſuperat velocitates inter F, & A; ideoque erit FH velocitas media perpendicularis AB; ſed FH eſt æqualis AL; ergo & AL erit velocitas media ejuſdem perpendicularis AB. Quod &c. *Def. 4. hujus.*

Corollarium.

Quoniam rectangulum BL eſt, ex conſtructione, æquale complexui velocitatum naturalium aquæ in perpendiculari AB; poterit & idipſum aſſummi tamquam complexus velocitatum ejuſdem perpendicularis.

Prop. XII.

Complexus velocitatum alicujus perpendicularis ad complexum velocitatum alterius, habet rationem compoſitam ex rationibus velocitatis mediæ primæ perpendicularis ad velocitatem mediam ſecundæ, & perpen-

Digitized by Google

perpendicularis primæ ad perpendicularem ſecundam.

Fig. 7. & 8. Sint perpendiculares AB CD. Dico complexum velocitatum perpendicularis AB ad complexum velocitatum perpendicularis CD habere rationem compoſitam ex rationibus velocitatis mediæ perpendicularis AB ad velocitatem mediam perpendicularis CB, & AB ad CD.

Conformentur enim complexus velocitatum perpendicularium AB, CD in rectangula BE, DF; quorum baſes AE, CD; erit ergo rectangulum BE complexus velocitatum perpendicularis AB, & DF complexus velocitatum perpendicularis CD; ſed rectangula BE, DF habent inter ſe rationem compoſitam ex rationibus AE ad CF, & AB ad CD; ſunt autem AE velocitas media perpendicularis AB, & CF velocitas media perpendicularis CD; ergo complexus velocitatum perpendicularis AB ad complexum velocitatum perpendicularis CD, habet rationem compoſitam ex rationibus velocitatis mediæ AE ad velocitatem mediam CF, & perpendicularis AB ad perpendicularem CD. Quod &c.

Coman. ad prop. 24. 6. Elem.

Prop. 11. hujus.

Corol. I.

Ex hac propoſitione ſequitur, ſi velocitates mediæ ſint æquales complexus velocitatum inter ſe habere eandem rationem, quam perpendiculares.

Corol. II.

Et, ſi perpendiculares ſint æquales, complexus velocitatum inter ſe eſſe, ut velocitates mediæ.

Corol. III.

Et, ſi complexus velocitatum duarum perpendicularium ſint inter ſe æquales, velocitates medias earundem eſſe in reciproca proportione perpendicularium.

Corol. IV.

Et quoniam rectangula, quæ reciprocant baſes, & altitudines inter ſe ſunt æqualia; ſequitur, quòd ſi velocitates mediæ, & perpendiculares inter ſe ſint in ratione reciproca, complexus velocitatum inter ſe æquales erunt.

Prop. XIII.

In ſectionibus æqualem latitudinem habentibus, complexus velocitatum unius perpendicularis in ſingulis ſectionibus inter ſe ſunt, ut quantitates aquæ per eas ſectiones æquali tempore fluentes.

Sint duæ ſectiones AD, ED ejuſdem latitudinis CD, ſed inæqualis altitudinis AC, EC, & ſit G aqua fluens per AD, & H aqua fluxa per ED æquali tempore; ut deinde I complexus velocitatum perpendicularis AC; L verò complexus velocitatum perpendicularis EC: denique ſit M velocitas media ſectionis AD, & N velocitas media ſectionis ED. Dico ut I ad L, ita eſſe G ad H. *Fig. 4.* *Prop. 6. hujus.*

Quoniam enim ratio G ad H, idest aquarum componitur ex rationibus M ad N, idest velocitatum mediarum, & ſectionis AD ad ſectionem ED; eſt autem ut AD ad

ED,

ED, ita AC ad EC, ratio G ad H erit compoſita ex rationibus M ad N, & AC ad EC; ſed ratio I ad L, ideſt complexuum velocitatum, & ipſa componitur ex rationibus M ad N, & AB ad EB, ergo ut I ad L, ita G ad H. Quod &c. *Prop. 12. hujus.*

Prop. XIV.

Per ſectiones quaſcumque artificiales, quantitates aquæ æquali tempore fluentes inter ſe ſunt in ratione compoſita ex rationibus complexus velocitatum unius perpendicularis in prima ſectione ad complexum velocitatum alterius perpendicularis in altera ſectione, & latitudinis primæ ſectionis ad latitudinem ſecundæ.

Sint ſectiones AG, CH. Dico quantitatem aquæ fluentem per AG ad quantitatem aquæ fluentem per CH æquali tempore, eſſe in ratione compoſita ex ratione complexus velocitatum perpendicularis AB ad complexum velocitatum perpendicularis CD, & ex ratione latitudinis BG primæ ſectionis ad latitudinem DH ſecundæ ſectionis. *Fig. 7. & 8.*

Sit I quantitas aquæ fluentis per AG, & K quantitas aquæ fluentis æquali tempore per CH; fiatque, ut complexus velocitatum perpendicularis AB ad complexum velocitatum perpendicularis CD, ita L ad M, & ut latitudo BG ad latitudinem DH, ita M ad N; erit ergo proportio L ad N compoſita ex rationibus complexuum velocitatum inter ſe, & latitudinum ſectionum. Sit deinde O velocitas media ſectionis AG, & P velocitas media ſectionis CH. Probandum eſt, ut I ad K, ita eſſe L ad N. *Fig. 7. & 8.*

Ratio enim L ad M eſt compoſita ex rationibus AB ad CD, & O ad P ergo ratio L ad N erit compoſita ex rationibus AB ad CD, O ad P, & BG ad DH, ſed iiſdem rationibus AB ad CD, O ad P, & BG ad DH eſt compoſita ratio I ad K; ergo ratio I ad K eadem erit, ac L ad N. Quod &c. *Prop. 12. hujus. Coroll. prop. 6. hujus.*

Prop. XV.

Complexus velocitatum duarum ſectionum ſunt inter ſe in ratione compoſita ex rationibus complexus velocitatum unius perpendicularis in prima ſectione ad complexum velocitatum alterius perpendicularis in altera ſectione, & latitudinis primæ ſectionis ad latitudinem ſecundæ.

Sint duæ ſectiones AD, IM, quarum latitudines CD, KM. Dico complexum velocitatum ſectionis AD ad complexum velocitatum ſectionis IM habere rationem compoſitam ex rationibus complexus velocitatum perpendicularis AC ad complexum velocitatum perpendicularis IK, & latitudinis CD ad latitudinem KM. *Fig. 2. & 3.*

Fiat rectangulum CE æquale complexui velocitatum perpendicularis AC, & intelligatur erectum plano ſectionis AD; ſimiliter conſtituatur alterum rectangulum DF æquale complexui velocitatum perpendicularis BD, & intelligatur parallelum rectangulo CF, & jungantur FE, HG. Et quoniam AC, BD perpendiculares in eadem ſectione, ſunt inter ſe æqua- *Fig. 2. & 3.*

æquales, & ipſis pariter æquales quæcumque aliæ; ſequitur, quòd velocitas media perpendicularis AC æqualis ſit velocitati mediæ perpendicularis BD, ideòque lineæ BF, AE inter ſe æquales erunt & conſequenter rectangula DF, CE æqualia, & ſimilia inter ſe, & ſimiliter poſita; ſunt autem & parallela; ergo ſolidum CF erit priſma, cujus baſis rectangulum CE, altitudo CD, vel AB: & ſic complexus velocitatum omnium perpendicularium inter AC & BD conformentur in rectangula, erunt cuncta æqualia rectangulo CE, & ſi ponantur parallela rectangulis CE, DF, eorum rectangulorum, latera homologa lateribus EG, FH erunt in rectangulo FG, & omnes complebunt priſma CF; itaque priſma CF erit complexus velocitatum ſectionis AD. Iiſdem conſtructis in altera ſectione IM oſtendetur priſma KO eſſe complexum velocitatum ſectionis IM; ſed priſmata habent rationem compoſitam ex rationibus baſium, & altitudinum; ergo priſma CF ad priſma KO habebit rationem compoſitam ex rationibus baſis CE ad baſim KP, & CD ad KM; ſunt autem CE complexus velocitatum perpendicularis AC, & KP complexus velocitatum perpendicularis IK; ergo & complexus velocitatum ſectionis AD ad complexum velocitatum ſectionis IM erit in ratione compoſita ex rationibus complexus velocitatum perpendicularis AC ad complexum velocitatum perpendicularis IK, & latitudinis CD ad latitudinem KM. Quod &c.

Axiom. 1. hujus.

Corol. prop. 11. hujus.

Corollarium.

Et quoniam per propoſitionem 14 quantitates aquæ in diverſis ſectionibus inter ſe ſunt in ratione compoſita ex proportione, quam habent inter ſe complexus velocitatum in perpendicularibus diverſarum ſectionum, & ex proportione latitudinum earundem, in ſuperiori verò eadem compoſita ratio oſtenſa ſit de complexibus velocitatum in diverſis ſectionibus; ſequitur quantitates aquæ eſſe inter ſe in eadem proportione, ac complexus velocitatum ſectionum, per quas fluunt; ſeu potius eſſe unum, & idem complexum velocitatum ſectionis, ac aqua per eam fluens abſtractè ſumpta.

Scholium.

Hæ ultimæ propoſitiones de complexibus velocitatum, licèt reduci ad antecedentes, aut ſaltem ex iis immediatè deduci poſſent; adhuc tamen eas hic ſeorſim demonſtrare ſuſcepimus, ut ex convenientia proprietatum, & paſſionum liquidò appareret connexio, vel identitas, aut ſaltem proportionalitas exiſtens inter complexus velocitatum, & quantitates aquarum, ſive in ſectione integra, ſive tantùm in una perpendiculari conſiderentur; & interim aſueſceret Lector complexus velocitatum pro quantitatibus aquarum aſſumere, cum in ſequentibus libris eorum frequens futurus ſit uſus.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS,

In quo proponitur menſura aquarum fluentium in Canalibus inclinatis ſolitariis.

Suppoſitio.

UT Doctrinæ detur locus ſupponimus alveos fluminum, ſive canales, oblonga eſſe vaſa, quorum fundus in eodem ſemper ſit plano, latera vero plana verticalia plano fundi erecta, per quæ aqua fluit, vel poteſt fluere à termino ſublimiori ad humiliorem, eaque non flexuoſa, ſed recta via ad ſuum terminum dirigi.

Definitiones.

I. Canalis ſolitarius is eſt, qui ab ipſo initio totam ſuam, aquam recipit, quam ad terminum uſque ſui fluxus defert abſque additione, vel permixtione alterius canalis, ut ſunt illi, qui à ſuis fontibus, vel lacubus totam ſuam aquam hauriunt, quæ aliorum canalium aquis non immiſcetur durante tractu ſui fluxus.

II. Canalis vero unitus is dicatur, qui à duobus vel pluribus minoribus canalibus invicem unitis, quorum unus in alium influat, ſuam aquam recipit, ſive unio in uno tantum loco fiat, ſive pluribus, ſunt ut flumina, fere omnia, quorum aquæ ex plurium rivulorum confluentia coaleſcunt.

III. Canalis inclinatus is eſt, cujus partes inæqualiter diſtant à centro gravium, aliæ quidem magis, aliæ minus.

IV. Initium canalis intelligo illud punctum ſive lineam, in qua planum inclinatum canalis productum concurrit cum ſuperficie aquæ.

V. Horizontalis ergo per initium alvei illa dicatur, quæ per initium alvei ducitur horizonti parallela.

VI. Horizontalis ſectionis eſt linea, vel planum per fundum ſectionis ductum horizonti parallelum.

VII. Angulus inclinationis alicujus canalis eſt, qui fit à linea horizontali per initium alvei, & à linea directionis canalis.

VIII. Sectiones ſimiles in alveis declivibus, ſive inclinatis illæ dicantur, quæ æqualiter diſtant ab initio alvei; patet autem has haberi non poſſe niſi in diverſis canalibus.

IX. Similiter poſitæ ſectiones dicantur, quæ ſunt in alveis æqualiter ad horizontem inclinatis.

X. Lumina ſunt foramina variæ figuræ, circularis, quadratæ &c. inſculpta in lateribus, vel fundo alicujus vaſis, per quæ aqua repleto vaſe poteſt fluere.

Propoſitio I.

Si à vaſe aqua pleno educatur aqua per lumina ſimilia, & æqualia, ſed inæqualiter infra ſuperficiem aquæ ſita erunt quantitates Aquæ eductæ inter ſe in ſubduplicata ratione altitudinum incumbentis Aquæ, dummo-

do tamen eadem ſemper perſeveret ſupra lumina æqualis aquæ altitudo.


Hæc propoſitio per experientiam manifeſta eſt, præter enim aliorum obſervationes præcipuè vero Domini Mariotte, eædem à me repertæ ſunt apud Reverendiſſimum Abbatem D. Tadæum de Pepulis anno 1683. die 14. Octobris. In Cœnobio enim Divi Bernardi PP. Olivetanorum hujus Urbis, præſentia ſua faventibus eodem Reverendiſſimo Abbate (cujus memoria ſemper mihi grato animo recolenda erit, ſicuti & mors, licèt poſt longævam vitam, paulò poſt ſubſecuta perpetuò dolenda) & D. Joanne Ludovico Donello Philoſophiæ & Medicinæ Doctore Collegiato in Mathematicis laudabiliter verſato, neceſſitudinis vinculo mihi ſummopere adſtricto, operamque ſuam meis ſtudiis, & experimentis præſtante, aliiſque amicis, paratum fuerat Vas cilindricum, cujus altitudo pedum quatuor, baſis verò pedum duorum in diametro, diviſaque tota altitudine in ſexdecim partes æquales, uni lateri Vaſis totidem circularia foramina inter ſe æqualia fuerant inſculpta. His ſingulis fiſtulæ ligneæ adamuſſim æquales aptatæ, quæ tum interior cavitas ejuſdem ubique craſſitiei, & ſummopere lævigata unciam unam in diametro ſuperabat, eiſque in parte exteriori laminæ æreæ applicatæ, quæ in medio lumen circulare habebant, cujus diameter unciæ unius quadrantem æquabat, centro ſuo axi fiſtulæ adamuſſim correſpondens, cæteroquin exterius fiſtulæ foramen exactè obſtruentes Vaſe deinde aqua repleto, & diſpoſito pendulo, cujus longitudo fuit unciarum 28. $\frac{5}{7}$ quindecim vibrationum tempore exeuntes aquæ obſervatæ ſunt. Primo enim ex inferiore fiſtula, cæteris clauſis, aſſerto tempore aqua hauſta fuit unciarum 123. manente ſuperficie aquæ in vaſe in eadem altitudine; Obſtructa deinde inferiore fiſtula, & aperta ſuperiore, ut aquæ altitudo decreſceret tribus unciis, ceſſante fluxu per ſuperiorem, inferior denuò aperta eſt, & aliis quindecim vibrationibus extracta aqua fuit unciarum 118. ſicque ſucceſſivè in aliis, donec deventum ad altitudinem unciarum 24. Eò tunc enim cum admodum difficile eſſet aquam in eadem altitudine conſervare durante toto tempore fluxus inferior fiſtula clauſa eſt, & vaſe denuò aqua repleto, ea aperta fuit, quæ 24. uncias infra ſuperficiem aquæ erat demerſa, & dato tempore, unciæ 93 aquæ fluxiſſe obſervatæ ſunt, & ſucceſſive experimenta continuata uſque ad uncias tres altitudinis juxta methodum ſuperiorem. Quoniam verò ultimæ hujus fiſtulæ lumen, nonnihilo, licèt ferè inſenſibiliter, priori majus eſſet, quod ex quantitate aquæ exeuntis primò, deinde etiam ex rectificatione diametri ſubtili experimento didicimus; ideo ex mutatione luminis, duplex inſtituenda fuit radicalis obſervatio, prima in altitudine unciarum 48. ſecunda in altitudine unciarum 24. Singulæ autem obſervationes habentur in ſubjecta Tabula unà cum quantitatibus aquarum correſpondentibus proportioni ſubduplicatæ altitudinis aquæ ſupra centra luminum ex duabus obſervationibus radicalibus, ut appareat

quàm

Digitized by Google

122 .A

Digitized by Google



Digitized by Google

quàm parùm diſcrepet proportio aquarum per obſervationem inventa, à propoſita ratione ſubduplicata.

Altitudo Aquæ ſupra centrum fiſtulæ, & luminis in unciis pedis Bononienſis.	*Quantitas aquæ exiens ſingulis 15. vibrationibus in unciis libræ Bonon.*	*Propoſitio aquarum ex obſervatione radicali prima* ſubduplicata altitudinum *in unciis libræ Bonon.*
48	123	123
45	118	119
42	116	115
39	110	111
35	106	106
33	103	102
30	97	$97\frac{1}{2}$
27	91	92
		Proportio aquarum ex obſervatione radicali ſecunda.
24	93	93
21	87	87
18	81	$80\frac{1}{2}$
15	74	74
12	66	66
9	56	57
6	47	$46\frac{1}{2}$
3	34	33

Ex his obſervationibus patet, quantitates Aquæ eſſe in ſubduplicata ratione altitudinum; licèt enim alicubi nonnihil diſcrepent ab expoſita proportione; id tamen inſenſibile eſt, & in luminum ſive orificiorum contactum refundendum, aut in obſervationum lubricitatem, ita ut appareat Naturam hac ratione procedere.

Præter experimenta nonnulli hanc propoſitionem, quam ferè omnes tamquam principium aſſumunt, vel immediatè ex ſuppoſitione deducunt demonſtrare conantur; tutior tamen mihi videtur Torricellii demonſtratio, quæ talis eſt.

Sit Vas A B D C, cui ſit foramen in E horizontale, ſitque ſuperficies aquæ A B. Et ſimiliter intelligatur aliud Vas F G, cui foramen H æquale foramini E. Dico velocitatem, qua Aqua exit à lumine H ad velocitatem, qua exit à lumine E, eſſe in ſubduplicata ratione linearum, ſive altitudinum B L, F G. *Fig. 9. & 10.*

Aqua enim exiens à luminibus E, & H detracto aëris impedimento ſalit uſque ad horizontales A M, N K per impetum, ſeu velocitatem impreſſam in F, & H; ergo velocitas in E, & H eadem eſt, ac ſi Aqua deſcendiſſet ab M in E, & à K in H, ſed velocitas in E à deſcenſu per M E ad veloci- *Galil in ſchol. pro. 23. de Motu accel.*

Galil. ibidem prop. 2. tatem in H à deſcenſu per K H habet rationem ſubduplicatam linearum M E, K H, ſive B L, F G, ergo velocitas in E & H eſt pariter in ratione ſubduplicata linearum B L, F G; cum autem quantitates aquæ in ſectionibus, ſeu luminibus *Prop. 5. & hujus.* æqualibus ſint, ut velocitates, etiam quantitates aquę habebunt ſubduplicatam rationem altitudinum. Quod &c.

Corollarium.

Et quoniam velocitas in E, & H nullam aliam agnoſcit cauſam, quàm preſſionem ſuperincumbentis aquæ in vaſe, ſequitur preſſionem agere juxta prædictam proportionem, ſi actio in velocitatem tantummodo influere intelligatur.

Scholium.

Perinde eſt ſive foramen ſit in E horizontale ſurſum vergens, ſive in fundo CD deorſum, ſive in lateribus BL, FG verticaliter, ita ut directio ſit horizontalis; aqua enim quaquà verſus premit æqualiter, dummodo æqualem, vel eandem habeat ſupra ſe altitudinem.

Prop. II.

Eadem eſt velocitas aquæ fluentis per aliquam ſectionem canalis inclinari, ac ſi fluxerit è vaſe per lumen ſimile, & æquale ſectioni, tantundem à ſuperficie aquæ remotum; q autem ſectio ab horizontali per initium canalis.

Sit canale inclinatum AB, per quod fluat aqua in ſectione B, & ſit AE horizontalis per initium canalis. *Fig. 11.* Dico in ſectione B eandem eſſe velocitatem aquæ, ac ſi flueret per eandem ſectionem B, tanquam lumen, è vaſe clauſo ABE, in quo aquæ ſuperficies ſit AE.

Quoniam enim Aqua eſt corpus grave; ſi intelligatur ab A fluxiſſe in B per planum inclinatum AB, eadem erit velocitas in B, ac in D, ſi ex A in D cecidiſſet (ſupponitur enim AD horizonti perpendicularis, & ſecta horizontali DB) vel ex C in B; ſed & in vaſe clauſo velocitas luminis B eadem eſt, ac ſi aqua à C in B deſcendiſſet; ergo velocitas in B eadem eſt, ſive aqua fluat per Canale AB ſectione B, ſive fluxerit è vaſe ABE lumine B. Quod &c. *Torricellius de mot. grav. prop. 5.*

Corollarium I.

Ex his ſequitur velocitates in diverſis ſectionibus ejuſdem canalis eſſe in ſubduplicata ratione perpendicularium à ſectionibus ad horizontalem per initium alvei, cum enim velocitates in luminibus F, B ſint in ſubduplicata ratione linearum FG, BC; & velocitates in ſectionibus F, B eandem habebunt rationem ſubduplicatam.

Corollarium II.

Et quoniam, ut FG ad BC, ita eſt FA ad BA; erunt etiam velocitates ſectionum F, B in ſubduplicata ratione linearum FA, FB, ideſt diſtantiarum ab initio alvei.

Corollarium III.

Inventa ergo media proporzionali in-

Digitized by Google

lè inter GF, & CB, ſive inter AF, & AB; erit, ut GF, vel AF ad mediam, ita velocitas F ad velocitatem B.

Corollarium IV.

Apolon. lib. 1. Conic. prop. 11. Quare ſi axe AB vertice A deſcribatur ſemiparabola AHL, & ducantur ſemiordinatæ FH, BL; erunt hæ menſura velocitatum punctorum, ſive ſectionum F, B, & ſic de cæteris.

Corollarium V.

Sequitur ex ſupradictis velocitates ſemper majores fieri, quò ſectiones ab initio alvei remotiores ſunt; è contra verò, cum velocitates, & ſectiones reciprocè ſe habeant, canale in eodem ſtatu permanente; *Prop. 3. 1. hujus.* conſequenter ſectiones ſemper minores erunt, & ſi hæ ſupponantur æquè latæ, altitudines erunt ſemper minores.

Prop. III.

In qualibet ſectione canalis inclinati velocitas major eſt in fundo, quàm in ſuperficie aquæ.

Fig. 12. Sit canale inclinatum AB, in quo ſectio, cujus altitudo BC. Dico velocitatem in B majorem eſſe, quàm in C. Ducatur enim per initium alvei, horizontalis, ad quam ex B, & C ducantur perpendiculares BE, CD. Itaque quoniam angulus AEB eſt rectus; erit angulus ABE acutus, & quoniam angulus CBA eſt rectus, ſi ex ipſo dematur angulus acutus ABE, remanebit angulus CBE acutus; quare demiſſa CF perpendiculari ad BE; cadet ea ad partes E, & abſcindet portionem FE minorem totâ BE; ergo & DC minor erit eadem BE; ſed velocitas B competit deſcenſui BE, & *Prop. 2. hujus.* velocitas C deſcenſui DC; majori verò deſcenſui competit major velocitas; ergo velocitas in B major erit, quàm in C. Quod &c.

Corollarium.

Quoniam per majorem inclinationem angulus EBA ſemper fit minor, conſequenter angulus FBC major erit; ideoque perpendicularis CF ſemper cadet proximior puncto B; quare differentia inter velocitatem fundi, & ſuperficiei ſemper minor erit, quò magis inclinatus erit canalis & cum fuerit perpendicularis, cadente CF in CB, æquabuntur inter ſe velocitates.

Prop. IV.

Fig. 12. In ſectionibus diverſis ejuſdem canalis inclinati major eſt proportio velocitatis fundi ad velocitatem ſuperficiei, quò ſectiones initio canalis proximiores erunt.

Supponatur enim in eadem figura ſectio G proximior initio A, quam B. Dico majorem rationem eſſe velocitatis G ad velocitatem H, quàm velocitatis B ad velocitatem C; iiſdem .n. conſtructis, quoniam GH *Corol. 5. prop. 2. hujus.* major eſt, quàm BC; & in triangulis IGH, FBC omnes anguli æquales; præter enim angulos rectos ad F, I, ſunt anguli FBC, IGH æquales, utpote æqualium angulorum AGK, ABE complementa; erit & GI major, quàm FB; & quoniam KG minor eſt, quam EB, ablata IG ex KG,

Digitized by Google

& FB ex BE remanebit KI multo minor, quàm FE; habebit ergo GI ad FB majorem rationem quam KI ad EF, & permutando GI ad KI majorem quam FB ad EF, & componendo GK ad IK, ſeu LH, majorem, quam BE ad EF, ſive DC. Sit X media proportionalis inter GK, & LH, & Y media proportionalis inter EB, & CD. Itaque KG ad X majorem habebit rationem, quàm EB ad Y; ſed ratio KG ad X eadem eſt, ac velocitatis G ad velocitatem H, & ratio EB ad Y eadem, ac velocitatis B ad C; ergo velocitas G ad H habebit majorem rationem, quàm velocitas B ad C. Quod &c. *Corol. 3. prop. 2. hujus.*

Corollarium.

Ex his conſtat, quòd in ſectionibus plurimum à Canalis initio remotis fieri poteſt, ut differentia velocitatum ſenſibiliter æqualis ſit; præcipuè in iis, quæ non multam habent altitudinem, cum proportio ſemper magis, & magis ad æqualitatem accedat.

Scholium:

Cum itaque ferè ſemper in ſectionibus fluminum diſtantia ſuperficiei aquæ a principio canalis inſenſibiliter differat a diſtantia fundi ab eodem principio, ſumi poterit phyſicè velocitas fundi æqualis velocitati ſuperficiei, cum præcipuè aqua in fundo ſectionis retardetur propter contactum ejuſdem fundi, unde fit, ut in fluminibus, præſertim parvæ altitudinis, aliquando velocior ſit aqua in ſuperficie, quàm in fundo.

Prop. V.

Parabolam aſſignare, in qua ſumi poſſit menſura velocitatum in perpendiculari alicujus ſectionis.

Sit canale inclinatum ABG, cujus initium A, ſectio B, ejuſque altitudo BC: oportet parabolam aſſignare, in qua ſumi poſſit menſura omnium velocitatum exiſtentium in linea BC. *Fig. 11.*

Per A ducatur horizontalis AF, & producatur BC, donec cum AF concurrat in F, & circa axim BF deſcribatur ſemiparabola FHG. Dico hanc eſſe parabolam quæſitam. Ducantur enim perpendiculares BD, CE ad AF, & ſemiordinatæ BG, CH &c. Et quoniam velocitas in B ad velocitatem in C ſubduplicatam habet rationem BD ad CE; eſt autem BD ad CE propter ſimilitudinem triangulorum, ut FB ad FC; erit velocitas in B ad velocitatem in C ſubduplicata ejus, quam habet FB ad FC; ſed eandem rationem ſubduplicatam habet BG ad CH; ergo velocitates B, & C erunt inter ſe, ut BG ad CH. Quare ſi BG intelligatur velocitas puncti B; erit CH velocitas puncti C, & LM puncti M, & ſic de cæteris. Quare parabola FBG erit menſura omnium velocitatum perpendicularis BC. Quod &c. *Prop. 1. & 2. hujus.*

Corollarium.

Ex his patet ſpatium parabolicum CBGH eſſe complexum omnium velocitatum perpendicularis BC.

Prop.

Prop. VI.

Data in ſpatio parabolico ſemiordinatarum ratione, & ſegmento axis inter ſemiordinatas, invenire axim parabolæ.

Fig. 14. & 15. Sit in ſpatio parabolico ABCD data proportio, quam habet AB ad CD, & ſegmento axis AC: oportet invenire altitudinem axis parabolæ.

Fiat quadratum ſemiordinatæ majoris CD, quod ſit EH; quadratum verò minoris AB ſit EF poſitum ad communem angulum E; fiatque, ut quadratorum differentia, ideſt ut gnomon ILM ad quadratum EF, ita AC ad aliam ipſi in directum continuatam AG. Dico totam CG eſſe axim quæſitum.

Quoniam enim ut gnomon ILM ad quadratum EF, ita CA ad AG; erit componendo ut gnomon, & quadratum EF, ideſt quadratum EH ad quadratum EF, ita CA unà cum AG, ideſt tota CG ad GA; ergo ut GC ad GA, ita quadratum EH, ſive CD ad quadratum EF, ſive AB. Quare punctum G erit vertex parabolæ. Quod &c.

Corol. I.

Itaque ſi AB, CD datæ ſint in partibus ſegmenti AC, non ſolum dabitur altitudo parabolæ, ſed & ejus amplitudo.

Corol. II.

Fig. 13. Ex hac propoſitione ſequitur, quòd, in figura propoſitionis antecedentis. ſi dabitur ratio velocitatum BG, CH, & perpendicularis ſectionis BC, invenietur axis BF parabolæ menſurantis omnes velocitates perpendicularis BC.

Corol. III.

Immò, ſi ulterius notus ſit angulus inclinationis BAD, trigonometricè innoteſcet AB, & BD, ideſt diſtantia fundi ſectionis ab initio alvei, & ejuſdem diſtantia ab horizontali per initium alvei; in triangulis enim ABD, ABF; præter latus BF, noti erunt omnes anguli.

Prop. VII.

Spatium Parabolicum quadrare.

Sit ſpatium parabolicum ABCD, *Fig. 16.* cui oporteat æquale rectangulum invenire.

Inveniatur altitudo axis CE; fiatque parabolæ AEB æquale rectangulum AF, & ſimiliter parabolæ *Archim. de quad. parab. prop. 24.* CED æquale fiat rectangulum CG; producaturque; AB, & ut CA ad AE, ſive ut HO ad OG, ita ſit KO ad OI, & compleatur rectangulum HI. Dico rectangulum CI æquale eſſe ſpatio parabolico CABD.

Quoniam n. rectangulum AF eſt æquale parabolæ AEB, & rectangulum CG parabolæ CED; ablato ex rectangulo CG, rectangulo AF; & ex parabola CED, parabola AEB, remanebit ſpatium KFGHCAK æquale ſpatio parabolico CABD; itaque ablato communi rectangulo CO remanebit rectangulum FO æquale reliquo ſpatio parabolico HOBD; ſed rectangulum FO eſt æqua-

Digitized by Google

æquale rectangulo H I, quoniam latera habent reciprocè proportionalia; ergo rectangulum H I æquale erit ſpatio parabolico H O B D: addito itaque communi rectangulo CO, erit totum rectangulum C I æquale ſpatio parabolico C A B D. Quod &c.

Prop. VIII.

In Canale inclinato mediam velocitatem cujuſvis perpendicularis invenire.

Fig. 17. Sit in canale inclinato ſectio B, cujus altitudo B C: oportet mediam velocitatem perpendicularis B C invenire.

Prop. 5. hujus. Deſcribatur parabola, quæ ſit menſura velocitatum perpendicularis B C; ductiſque B E, C H ſemiordinatis, fiat rectangulum B F æquale ſpatio parabolico B C H E, Prop. 7. hujus. cujus latus F I ſecabit parabolam in aliquo puncto G, & per G ducatur G K ſemiordinata ad axem B D, ſecans ipſum in puncto K. Dico in puncto K eſſe mediam velocitatem quæſitam, eamque exprimi per lineam K G.

Si enim omnes partes aquæ in perpendiculari B C fluerent æquali velocitate, certum eſt, quòd, dum C pervenit ad F, etiam K perveniret ad G, & B ad I; quare tunc rectangulum B F eſſet complexus velocitatum perpendicularis B C, ſed ſpatium parabolicum B C H E eſt complexus velocitatum perpendicularis B C, & rectangulum B F eſt æquale dicto ſpatio parabolico; ergo æqualis eſt complexus velocitatum, ſive aqua fluat ſola, & uniformi velocitate K G, ſive inæqualibus B E, C H &c. ergo, ex demonſtratis in primo libro, etiam quantitates aquæ æquales eſſent, & conſequenter H G erit media velocitas.


Aliter.

Quoniam rectangulum BF æquale eſt ſpatio parabolico B C K E, ablata communi portione C H G I B remanebit trilineum H G F æquale trilineo I G E; ſed velocitas H G ſuperat omnes velocitates minores, velocitatibus, quæ contineri poſſunt in trilineo H G F; ſuperatur autem à velocitatibus majoribus ea portione, quæ continetur in trilineo I E G; ergo cum trilinea ſint æqualia, tantundem H G ſuperabit minores velocitates, quantùm ſuperatur à majoribus; & conſequenter erit media velocitas. Quod &c.

Exemplum.

Quo tria ſuperiora problemata arithmeticæ ſolvuntur. Sit altitudo ſectionis B C pedum 4; proportio verò velocitatum B E, & C H, ſit ea, quam habet 3 ad 4, ſive ad faciliorem calculum 9 ad 12 (quomodo per experimenta invenienda ſit velocitatum proportio, inferiùs docebimus) fiant velocitatum 9 & 12 quadrata .v. 81, & 144 & minus à majori ſubtrahatur, eritque differentia 63. Itaque per regulam auream, ut 63 ad 81, ita 4 ad 5 cum 1 ſeptima, tantaque erit linea C D, reſiduum axis integræ parabolę, & conſequenter tota B D erit 9 cum 1 ſeptima: ducatur B D axis 9 cum 1 ſeptima in 2 tertias lineæ B E, videlicet

118. A



Digitized by Google

licet 8, & productum 75 cum 1 ſeptima, erit area parabolæ BDE: ſimiliter ducatur axis DC in 2 tertias lineæ CH, ideſt 6, & productum 30 cum 6 ſeptimis, erit area parabolæ DCH. Subtrahatur 30 cum 6 ſeptimis à 75 cum 1 ſeptima, & differentia 44 cum 2 ſeptimis, erit BCHE. Itaque ſi 42 cum 2 ſeptimis, dividatur per BC 4; erit quotiens 10 cum 4 ſeptimis reliquum latus rectanguli CF æqualis ſpatio parabolico BCHE. Ut autem inveniatur locus lineæ KG æqualis CF in axe BD, fiat ejus quadratum 111. $\frac{37}{49}$, & per regulam auream, ut quadratum 81 ad quadratum 111. $\frac{17}{49}$, ita axis 5 cum 1 ſeptima ad axim DK 7. $\frac{395}{1087}$, quare ablato ex DK axe DC 5 cum 1 ſeptima, remanebit CK 1. $\frac{3041}{1087}$, ſive, ſi perpendicularis BC ſit in menſura pedum, pedes 1 unc. 11 cum dimidia proximè. Quare locus velocitatis mediæ erit tantundem demerſus infra aquæ ſuperficiem.

Prop. IX.

Proportionem velocitatum Mecanicè invenire.

Ex data longitudine canalis, ſive diſtantia initii ejuſdem à ſectione, & angulo inclinationis, facilè invenietur ratio velocitatum ſuperficiei, & fundi; cum .n. triangulum ABD ſit rectangulum ad B, & angulus DAB inclinationis ſit cognitus, & ulterius notum ſit latus AB; nota etiam fiet per trigonometriam altitudo parabolæ BD, qua cognita, & altitudine alicujus perpendicularis in ſectione v. g. BC; erit ratio velocitatis B ad velocitatem C ſubduplicata ejus, quam habet DB ad DC. *Fig. 17.*

Niſi vero ſit cognita diſtantia ſectionis ab initio alvei, ex iis, quæ ſupra demonſtrata ſunt propoſitione 6. evidens eſt converſum, .ſ. data proportione velocitatum BE, CH &c. reliqua innoteſcere.

Oportet igitur in præſenti modum aſſignare, quo mecanicè nota fiat hujuſmodi proportio. Sit perpendicularis horizonti AD, & pendulum AB, quod ſuſtentetur extra perpendicularem potentia BC: oſtendit Herigonius prop. 9. ſuæ Mecanicæ, quod ſi ex B erigatur BE parallela DA, & per E ducatur EF parallela BC, & alia EC parallela AB; erit BE ad BC, ut pondus B in perpendiculari AD ad potentiam BC. Intelligatur elevatum pendulum in H, & fiat HK æqualis ipſi BE; erit ergo etiam in hoc caſu pondus in perpendiculari ad potentiam HI, ut HK ad HI; cumque BE, & HK ſint æquales, erit ut potentia BC ad potentiam HI, ita BC ad HI. Quare ſi potentiæ BC, & HI operentur per lineas horizontales; cum in eo caſu anguli KHI, EBC ſint recti, erunt HI, BC tangentes angulorum inclinationis HKI, BEC; quare in hoc caſu potentiæ erunt, ut tangentes angulorum inclinationis. Si verò potentiæ non ſint horizontales, ſi tamen ſit notus earum angulus cum linea verticali, unà cum angulo inclinationis penduli cognoſcetur nihilominus trigonometricè earumdem potentiarum ratio; etenim ſuppoſita HK quantitatis cujuslibet arbitrariæ, erit in triangulo HKI no- *Fig. 18.*

tum latus H K, unà cum angulis H K I inclinationis penduli, & K H I tractionis; quare innoteſcet latus H I, & ſimiliter in altero triangulo E B C innoteſcet B C ad communem menſuram cum H I, ſi B E ejus menſuræ ſupponatur, qualis ſuppoſita eſt K H; quam proportionem ergo habebunt H I, B C, eandem habebunt trahentes potentiæ. Cum vero perinde ſit, ſive potentia agat trahendo per H I, ac urgendo per M H, vel N B, cum æqualiter in utroque caſu ab ipſis, unà cum potentiis A H, A B fiat æquilibrium. cum pondere B, vel H; nota etiam erit potentiarum M H, N B impellentium ratio.

Ut igitur velocitatum quæſita ratio inveniatur, pendulum aptetur quadranti in gradus, & minuta diviſo, cujus unum latus ponatur verticale, demittaturque pondus B in aqua canalis alicujus, ita ut centrum ipſius cohæreat ſuperficiei aquæ: evidens eſt velocitatem aquæ diſtractúram pendulum à directione verſus centrum. Diligenter ergo obſervetur angulus inclinationis. Deinde demiſſo pendulo (invariata tamen fili longitudine) uſque ad fundum canalis; ita tamen, ut ab eo non impediatur, denuo obſervetur angulus inclinationis. Quoniam igitur potentia detinens pendulum in angulo inclinationis eſt ipſa Aquæ fluentis velocitas, tam in fundo, quàm in ſuperficie; in aqua enim ſtagnante pendulum dirigitur verſùs centrum ſine ullo angulo; erit ratio potentiarum eadem, ac velocitatum. Quare ſi ſuperficies aquæ, vel nullo modo, vel inſenſibiliter ſit ad horizontem inclinata; quam proportionem habebunt tangentes angulorum inclinationis, eandem habebunt, & velocitates. Si verò ſenſibilis ſit ſuperficiei aquæ ab horizonte declinatio ea menſuranda erit, & angulo recto addenda, & fiet angulus tractionis, quo habito, ut ſupradictum eſt, eruitur velocitatum proportio. Quod &c.

Prop. X.

Dato loco velocitatis mediæ, & angulo inclinationis canalis, ſpatium determinare, quod velocitas data apta eſt percurrere dato tempore.

Sit datus H locus velocitatis mediæ, & angulus D A B: oportet determinare ſpatium, quod apta ſit velocitas H pertranſire ad datum tempus B. *Fig. 19. & 20.*

Quoniam in inventione puncti H, priùs cognoſcitur axis B D; erit in triangulo D K H notum latus D H, &, præter angulum D K H rectum, etiam angulus K D H complementum anguli K A B inclinationis, quare innoteſcet latus K H. Itaque velocitas media H eadem eſt, ac ſi flueret aqua è vaſe ſub altitudine K H.

Sit igitur Vas N O, in quo altitudo O M, & lumen M P ſit notæ ſuperficiei, v. g. quadratum unius unciæ, cujus velocitas media ſit R; ſit autem altitudo R O æqualis altitudini K H, & ſupponatur, quòd per lumen P M fluxerit tempore L, quod ſit horæ minutum, pes cubus Aquæ v. g. Q S: hæc quantitas intelligitur conformata in priſma rectum, cujus baſis ſit ipſum lumen v. g. V X, & altitudo X Y; *Fig. 21. & 22.*

erit:

erit igitur X Y velocitas media luminis P M, & propria puncti R; quoniam itaque notum eſt, tam lumen V X; quàm baſis cubi Q T, erit & nota ratio Q T ad V X; & quoniam priſmata Q S, V Y ſupponuntur æqualia, erit ut V X ad Q T, ita reciprocè T S ad X Y, ſed T S eſt altitudo nota; ergo & X Y erit nota. Quod &c.

Exemplum.

In noſtro caſu, quoniam Q T eſt baſis pedis cubi, ideſt pes quadratus; erit Q T unciarum 144 quadratarum; V X verò eſt uncia una quadrata; ut igitur uncia una ad uncias 144, ita pes unus altitudinis T S ad pedes 144 altitudinis X Y; quare velocitas media puncti R, ſive puncti H eſt apta percurrere pedes 144, tempore L, ſive uno horæ minuto.

Corollarium.

Itaque inventa, per repetita experimenta, quantitate aquæ fluentis, per datum lumen, è vaſe ſub certa altitudine intra tempus conſtitutum, in quo quidem maxima opus eſt diligentia, non ſolum determinabitur ſpatium correſpondens illi velocitati, ſed & ſpatia quarumcumque velocitatum ſub majoribus, vel minoribus altitudinibus per prop. primam hujus libri. Nos ſuo loco tabulam exhibebimus, prout per experimenta nobis licuit invenire, in qua quidem tantùm non fidimus, ut ad majorem præciſionem redigi non poſſe, exiſtimemus.

Scholium.

Satiùs eſt, in determinanda quantitate aquæ tranſeuntis per datum lumen dato tempore, loco lineatium menſurarum, uti ponderibus. Si enim ponderetur aqua fluxa tempore unius minuti; ejus quantitas uſque ad granum poterit præcisè determinari: parato deinde vaſe, cujus interna cavitas ſit cubica, & latus v. g. unius unciæ linearis, idem aqua impleatur, & deinde ejus pondus diligentiſſimè per bilancem examinetur, quod erit pondus unius unciæ cubicæ aquæ. Si deinde totum pondus dividatur per pondus inventum unciæ unius cubicæ aquæ; quotiens erit numerus unciarum cubicarum, quibus æqualis eſt tota aqua, quare hæc intelligetur conformata in priſma rectum, cujus baſis uncia una quadrata, & altitudo tot unciarum linearium; quot erunt in quotiente prædicto unciæ cubicæ, quo priſmate ſi utentur loco cubi Q S, habebitur altitudo X Y, meo judicio exactiſſima.

Advertendum & eſt, quòd, licèt lumina circularia primo viſu videantur aptiora ratione minoris circumferentiæ, & conſequenter contactus; nihilominus tamen, ut faciliùs determinari poſſit diſtantia loci velocitatis mediæ ab aquæ ſuperficie, meliùs eſt uti luminibus quadratis, vel rectangulis in ærea lamina, quantùm fieri poſſit ſubtili, & lævigata, inſculptis, quorum latera inferiora, & ſuperiora ſint horizontalia, quæ quidem lumina, quò ampliora, eò meliora erunt propter minorem con-

tactum; dummodo tamen tota ſimul claudi, & aperiri poſſint, initio, & fine dati temporis.

Invenietur autem media luminis velocitas ea methodo, qua in ſectionibus prop. 8. inventa eſt, ſupponendo lineam OM, altitudinem aquæ ſupra marginem inferiorem luminis, eſſe axim parabolæ, & altitudinem luminis MP eſſe altitudinem ſectionis.

Corol. II.

Ex dictis patet, quòd ſi ſpatium debitum velocitati, & perpendicularis, unà cum latitudine ſectionis, ſint ad communem menſuram, & multiplicetur ſpatium in perpendicularem, & productum multiplicetur per latitudinem; conſurget quantitas aquæ fluentis per ſectionem; tempore, ſub quo eſt determinatum ſpatium. Exempli gratia, Si ſpatium correſpondens velocitati mediæ ſectionis BC pro uno minuto temporis ſit pedes 144; ſitque altitudo, ſive perpendicularis ſectionis pedes 12; latitudo vero pedes 50; Multiplicetur 144 per 12, & productum 1728 ducatur in 50: hujus productum 86400 erit numerus pedum cubicorum tranſeuntium per datam ſectionem durante uno minuto. Idem proveniet, ſi latitudo, & altitudo ſectionis, & ſpatium correſpondens velocitati indiſcriminatim unum ducatur in alterum, & productum multiplicetur per tertium; quartus enim numerus conſurgens erit quantitas aquæ quæſita.

LIBER TERTIUS,

Continens menſuram aquarum fluentium in Canalibus horizontalibus, tam ſolitariis, quàm unitis cum aliis horizontalibus.

Definitiones.

I. Canalis horizontalis is eſt, cujus fundus æqualiter ubiq; diſtat à centro gravium; hoc eſt ſe accommodat ſphæricæ ſuperficiei terreſtri, quæ quoniam in parva diſtantia non differt à plano ſenſibiliter; ideo fundum canalis horizontalis ſæpiùs tamquàm planum aliquod conſiderabimus.

II. Menſura proportionalis aquæ fluentis nil aliud eſt, niſi proportio, quæ intercedit inter aquæ quantitates eodem, vel æquali tempore fluentes, per unam, vel plures ſectiones, quæ menſura non ſolum locum habet in canalibus horizontalibus, ſed in aliis quibuſcumque.

III. Cubus aquæ eſt numerus ex certis regulis conſurgens, qui alio conſimili comparatus oſtendit proportionem aquarum, quarum ſunt cubi.

IV. Centrum velocitatis dicatur punctum alicujus perpendicularis in ſectione, quod correſpondet mediæ velocitati ejuſdem perpendicularis.

Pre-

Propoſitio I.

In Canalibus horizontalibus ab una parte apertis; ſi ex adverſa parte Aqua ſubminiſtretur, quæ apta ſit ſub aliqua altitudine fluere; aquæ fluxus continget, & continuabitur uſque ab exitum; dummodo tamen canalium fundus, vel altior ſit extremo termino fluxus, vel ſaltem in eadem cum ipſo, linea horizontali.

Fig. 23. Sit Canale A B apertum ad partes B, cujus fundus A B horizontalis, ſit altior, vel in eadem horizontali cum extremo termino fluxus B, eique ad partes A ſuppeditetur aqua conſtituta in altitudine A C. Dico aquam fluxuram ab A ad B.

Quoniam enim aqua non poteſt conſiſtere in altitudine A C, niſi extremo termino contineatur propter generalem naturam corporum fluidorum; nulluſque ex hypotheſi in B ſit talis terminus; ſequitur, quòd aqua debeat ſe ſe complanare æqualiter ſupra fundum A B; ſed hoc non poteſt contingere, niſi aqua ab A fluat in B; ergo fluxus aquæ fiet ab A in B. Et quoniam per ſucceſſivam depreſſionem altitudinis A C; ſucceſſivè pariter nova aqua ſubminiſtratur, ex hypotheſi, apta eandem altitudinem redintegrare; denuo aqua non poterit conſiſtere in ea altitudine, & ſucceſſivus continuabitur motus ab A in B, patente exitu in B. Quod &c.

Prop. II.

Velocitas, qua fluit Aqua per canale aliquod horizonlale eadem eſt, qua flueret è vaſe aqua pleno, cujus altitudo eadem, ac altitudo viva aquæ in canale horizontali.

Intelligatur enim Canale horizontale A B fluens ſub altitudine A C, ſectum plano verticali F D; ſitque aquæ & plani ſectio parallelogramum F D, ita ut tollatur fluxus. Fig. 23. Certum eſt aquam inter A, & D ita urgere planum D F, ut patente exitu, eadem flueret, qua prius, velocitate; plani enim vices in fluxu continuato gerit aqua infra ſectionem, ſuſtentans aquam in ſectione in eadem altitudine. Intelligantur igitur in plano D F inſculpta plura lumina, ex quibus aqua erumpat, ſive ob majorem demonſtrationis facilitatem, lumina intelligantur inſculpta perpendiculari D G; ſintque v. g. D, H, & quæcumque alia poſſibilia inter D, & G; ita ut tota D G ſit veluti infinita lumina, ſive velut unum lumen ex infinitis luminibus compoſitum; fluet ergo Aqua per perpendicularem G D eadem velocitate, qua e vaſe C F clauſo erumperet, ſed hæc eadem eſt, ac velocitas, qua priùs aqua fluebat per perpendicularem C D; ergo aqua G D fluit per canale horizontale, ac ſi erumperet è lumine G D, & conſequenter aqua tota fluens per parallelogramum D F eadem fuit velocitate, qua erumperet è vaſe aqua pleno per lumen D F, & ſub altitudine D G. Quod &c.

Corollarium.

Ex hac, & prima propoſitione ſecundi libri, patet velocitates perpendicularium in ſectionibus cana- Fig. 24.

lium horizontalium inter ſe eſſe in ſubduplicata ratione abſciſſarum uſque ad ſuperficiem aquæ, ut, ſi ſit perpendicularis A B; erit velocitas puncti B ad velocitatem punctis C in ſubduplicata ratione linearum A B, A C.

Corollarium II.

Fig. 14. Hinc, ſi axi G C deſcribatur parabola C G D, & intelligatur linea C D, ut velocitas puncti C; erit A B velocitas puncti A, & ſic de ſingulis, & tota parabola C G D erit ſimul, & menſura, & complexus velocitatum perpendicularis G C.

Corollarium. III.

Sicuti conſtat, velocitatem fundi C D maximam eſſe, reliquas autem ſemper minores, & minores, quò ſuperficiei viciniores; dummodo tamen altitudo GC ſit viva, .i. aliquis non ſubſit gurges, aut impedimentum; eò tunc enim non ſolùm retardatur aquæ velocitas, adeo ut ſuperioribus minor ſit; ſed aliquoties ſit ſtagnans, & pluries motum ſuum retrorſum convertit, quod pendulo non ſemel experti ſumus. Quod dictum ſit, ne aliquis in experiendo errorem incidat; facilè enim in fluminibus irregularibus, niſi neceſſaria advertat, poterit perperam judicare.

Prop. III.

Dato complexu velocitatum alicujus perpendicularis in canale horizontali, invenire ejus velocitatem mediam.

Fig. 20. Sit perpendicularis A B, ejuſque complexus, & menſura velocitatum, parabola B A E D: oportet mediam velocitatem perpendicularis A B invenire.

Dividatur B D in tres partes æquales B G, G H, H D, & ex his aſſumantur duæ B G, G H. Dico lineam BH eſſe velocitatem mediam quæſitam. Erigatur enim à puncto H perpendicularis H I, ſecans parabolam in E, & per E ducatur E C ſemiordinata axi A B, compleaturque parallelogrammum B I, & producta B D in F, fiat D F æqualis GH, & jungantur A F, A D. Quoniam igitur linea B F eſt ſeſquitertia lineæ B D, ex conſtructione; erit & triangulum A B F trianguli A B D ſeſquitertium; ſunt enim inter ſe, ut baſes; ſed etiam parabola AED ſeſquitertia eſt ejuſdem trianguli ABD; ergo triangulum ABF parabolæ BAED æquale erit; ſed etiam parallelogrammum B I æquale eſt triangulo BAF; quoniam in baſi dimidia, & altitudine eadem; ergo parallelogrammum B I parabolæ B A E D æquale eſt; ablata ergo communi portione B A E H, remanebit trilineum A E I æquale trilineo E H D, ſed trilineo A E I menſuratur defectus velocitatum ſuperiorum inter A, & C à velocitate C E, & trilineo H E D menſuratur exceſſus inferiorum ſupra CE, ergo cum exceſſus, & defectus ſint æquales; erit C E, vel BH ipſi æqualis, velocitas media. Quare dato complexu velocitatum &c. inventa eſt medias. Quod &c. *Archim. de quad. parab. prop. 24.*

Scholium.

Idem aliter oſtendi poſſet, nam ſi

ſi omnes partes perpendicularis A B fluerent æquali velocitate; tempore, quo C pervenit ad E, eodem etiam A perveniret ad I, & B ad H, & ſic de cæteris; ideoque parallelogramum A I eſſet complexus velocitatum perpendicularis A B, ſed parabola B A E D eſt complexus velocitatum naturalium ejuſdem perpendicularis A B; ergo complexus velocitatum æquales eſſent, & conſequenter etiam quantitates aquæ, ſive fluat aqua A B velocitate uniformi C E ſive, difformi juxta rationem ſemiordinatarum in parabola; & conſequenter erit C E velocitas media. Quod &c.

Corol. prop. ultima I. hujus.

Corollarium I.

Quoniam, per axioma primum, quælibet perpendicularis eaſdem habet velocitates in eadem ſectione; erit velocitas media unius perpendicularis, velocitas etiam media integræ ſectionis.

Corollarium II.

Hinc patet velocitatem maximam ad mediam habere rationem ſeſquialteram; eſt enim maxima ſemiordinatarum B D ad D H, ſive C E velocitatem mediam, in ratione ſeſquialtera.

Corollarium III.

Conſtat ulteriùs, quòd ſi una, eademque, vel æquales parabolæ aſſumantur pro velocitatum menſura; velocitates mediæ in perpendicularibus diverſæ altitudinis, erunt inter ſe in ſubduplicata ratione perpendicularium; cum enim maximæ ad medias ſint in ratione ſeſquialtera; erunt ſingulæ maximæ ad ſuas medias in eadem ratione, & permutando maximæ inter ſe in eadem ratione erunt, ac mediæ inter ſe: ſed maximæ inter ſe ſunt in ratione ſubduplicata ſuarum perpendicularium; ergo etiam mediæ in eadem ratione erunt.

Corollarium IV.

Patet etiam, punctum C perpendicularis A B eſſe locum velocitatis mediæ, quod punctum, ſive Centrum velocitatis dicere poſſumus.

Corollarium V.

Hoc igitur centrum velocitatis ſemper erit demerſum infra ſuperficiem aquæ ità, ut ejus diſtantia à ſuperficie ſit 4 nonæ partes totius perpendicularis, cum .n. maxima velocitas ad mediam ſit in ratione ſeſquialtera; ſi maxima ſupponatur 3, erit media 2; quare ut quadratum 3, ideſt 9 ad quadratum 2, ideſt 4, ita A B ad A C, ideoque ſi tota A B intelligatur diviſa in 9 partes erit A C 4 ex his partibus.

Corollarium. VI.

Cum igitur centrum velocitatis omnes perpendiculares ſimiliter ſecet, ideſt in ratione 4 ad 5; conſequens eſt, ut partes abſciſæ à centro velocitatis inter ſe ſint, ut altitudines vivæ ſectionum; quælibet enim abſciſa ad ſuam perpendicula-

rem rationem habet 4 ad 9, ideoque ut abſciſa ad ſuam perpendicularem, ita altera ſimilis abſciſa ad ſuam perpendicularem, & permutando ut abſciſa ad abſciſam, ita perpendicularis ad perpendicularem; ita ut eadem proportione ſemper ſibi ipſis reſpondeant augmentum perpendicularis, & depreſſio centri velocitatis infra ſuperficiem aquæ.

Corollarium. VII.

Et quoniam velocitates mediæ inter ſe ſunt in proportione perpendicularium ſubduplicata; ſunt autem perpendiculares inter ſe, ut abſciſæ; erunt etiam velocitates mediæ in proportione abſciſarum ſubduplicata.

Corollarium VIII.

In Canalibus igitur horizontalibus velocitas media creſcit, & decreſcit per ſolam variationem altitudinis, & in ſubduplicata ratione diverſarum altitudinum vivarum; hinc in iis canalibus, quorum ſunt æquales altitudines aquæ, æquales etiam ſunt velocitates mediæ.

Prop. IV.


Parabolæ, quæ ſunt menſura velocitatum in aquis fluentibus univerſis, ſi earum maximarum ordinatarum proportio eadem ſit, ac porportio velocitatum mediarum, ſive maximarum; eæ omnes inter ſe æquales erunt.

Fig. 25. Sint duæ parabolæ CAE, CBD, quæ aſſumantur pro menſura velocitatum diverſarum ſectionum, ſive in canalibus horizontalibus, ſive inclinatis; ſitque proportio velocitatis maximæ correſpondentis altitudini parabolæ AC ad velocitatem maximam correſpondentem altitudini BC eadem, ac CE, ad CD. Dico parabolam ACE eſſe æqualem parabolæ CBD.

Diſpoſita enim utraque ad communem axem; ita ut maximæ ſemiordinatæ coincidant, per D erigatur DF parallela axi AC, ſecans lineam parabolicam AFE in F, & per F ducatur FG ſemiordinata, & conſequenter parallela CE. Quoniam igitur ut AC ad CB, ita quadratum CE ad quadratum CD, ſive FG; erit ut quadratum CE ad quadratum FG, ita AC ad CB; ſed ut quadratum CE ad quadratum FG, ita eſt AC ad AG; ergo ut AC ad AG, ita AC ad CB; ideoque erunt AG, CB, inter ſe æquales; addita igitur communi GB; erit AB ipſi GC æqualis; ſed GC æqualis eſt FD; ergo etiam AB æqualis erit eidem FD: Similiter oſtendetur MH æqualem AB; ideoque & æqualem ipſi FD. Cum igitur AB, MH, FD &c. ſint æquales; erunt parabolæ AFE, BHD æquales. Quod &c. *Greg. à S. Vinc. de parab. prop. 333.*

Corollarium.

Et quoniam parabolæ æquales, ſi diverſos habeant vertices, & ad eundem axim conſtituantur, inter ſe ſunt parallelæ, ſive aſſymptoticæ, quarum proprietas eſt, ut earum perimetri continuati ſemper magis, & magis ad invicem accedant; nunquam tamen ſe ſecent, aut tangant; ſequitur, quòd in eadem ſectione ſub diverſa altitudine, velocitates mediæ


Fig. 25
Fig. 26
TAB. IIII
Fig. 27
Aquarum Fluentium Mensura pars prima
Fig. 28
Fig. 29
Fig. 30
Fig. 31
Fig. 32

Digitized by Google

136.B

TAB. IV

Aquar. Fluent. Menſ. P. Altern.




Fig. 52




Fig. 53




Fig. 54




Fig. 55

Digitized by Google

diæ quidem inæquales erunt; attamen velocitatum mediarum incrementa per æquales altitudines ſuperadditas, ſemper magis, & magis minora fient.

Prop. V.

Quantitates aquæ in ſectionibus canalium horizontalium ejuſdem latitudinis, ſed diverſæ alitudinis, inter ſe ſunt in triplicata proportione velocitatum maximarum.

Fig. 26. Sint ſectiones B H, B I ejuſdem latitudinis B K, ſed diverſæ altitudinis B C, B A; ſitque velocitas maxima ſectionis B H, linea B D; ſectionis vero B I velocitas maxima ſit B E, ita ut velocitatum maximarum proportio ſit ea, quæ intercedit inter B D; & B E. Dico quantitatem aquæ per B H ad quantitatem per B C eſſe in ratione triplicata B D ad B E.

Ducantur enim parabolæ B C D, BAE, K H G, K I F, quæ, per propoſitionem antecedentem, omnes erunt æquales. Et quoniam BC, KH perpendiculares ſunt æquales; erunt & earum maximæ velocitates æquales, videlicet B D, K G: Similiter oſtendentur B E, K F eſſe æquales; & quoniam binæ binis ſunt parallelæ; erit planum A B E plano I K F parallelum; ſi itaque perimetrum binarum parabolarum intelligatur circumvolvi linea parallela A I, vel I F deſcribetur ſuperficies cilindrici parabolici. Intelligantur igitur completi hujuſmodi cilindrici C B D G H K, A B E F I K; Et quoniam parabola B C D eſt complexus velocitatum perpendicularis C B, & parabola K H G eſt complexus velocitatum perpendicularis H K; ſuntque ſimiles, & æquales complexus velocitatum in aliis perpendicularibus ſectionis B H; erit omnium complexuum terminus in ſuperficie cilindrici parabolici C D G H; ideoque complexus velocitatum ſectionis C H erit cilindricum B G H D. Simili modo oſtendetur complexum velocitatum ſectionis B I eſſe cilindricum parabolicum B F I E. Et quoniam iſta duo cilindrica ſunt æquè alta; erunt inter ſe, ut baſes, ideſt cilindricum B G H D ad cilindricum B F I E erit, ut parabola C B D ad parabolam A B E; ſunt autem parabolæ æquales inter ſe in proportione triplicata maximarum ordinatarum, ergo cilindricum ad cilindricum erit in proportione triplicata B D ad B E; ſed cilindrica oſtenſa ſunt eſſe complexus velocitatum ſectionum; ergo complexus velocitatum ſectionis B I ad complexum velocitatum ſectionis B H, ſeu aqua fluens per B I ad aquam fluentem æquali tempore per B H, erit in triplicata proportione maximæ velocitatis B D ad maximam velocitatem B E. Quod &c. *Caval. Geom. l. 2. Prop. 34. Corol. 4.* *Greg. à S. Vinc. pr. 241. de parab.* *Prop. 15. 1. hujus.*

Scholium.

Hæc propoſitio aliter, & breviùs poſſet oſtendi. Cum enim quantitates aquæ habeant inter ſe rationem compoſitam ex proportione ſectionis ad ſectionem, & velocitatis mediæ ad velocitatem mediam; ſit autem proportio ſectionum, æqualis, vel ejuſdem baſis eadem, ac altitudinum; erit proportio aquæ ad aquam compoſita ex proportione altitudi- *Prop. 6. 1. hujus.*

nis ad altitudinem, & velocitatis mediæ ad velocitatem mediam, ideſt erit compoſita ex proportione altitudinum, & ex ſubduplicata earumdem altitudinum. Sit igitur prima altitudo A, ſecunda C; eritque proportio aquarum compoſita ex proportione
Fig. 27. A ad C, & ex ſubduplicata A ad C. Si ergo inter A, & C inveniatur media proportionalis E, & quarta addatur B; erit proportio A ad B compoſita ex proportione A ad C, ideſt altitudinum, & C ad B, ideſt velocitatum mediarum, ſed proportio A ad B eſt triplicata ejus, quam habet A ad E, ideſt velocitatis mediæ per A ad velocitatem mediam per C; ergo quantitas aqu per A ad quantitatem aquæ per C eſt in ratione triplicata velocitatum mediarum. Quod &c.

Corollarium I.

Coroll. 3. Prop. 3. hujus. Et quoniam maximæ velocitates ſunt proportionales mediis; erunt & quantitates aquæ in triplicata ratione mediarum velocitatum.

Corol. II.

Pariter, quoniam velocitates mediæ inter ſe ſunt in ſubduplicata ratione altitudinum; ſequitur, quantitates aquæ eſſe inter ſe in triplicata proportione ejus, quæ eſt ſubduplicata altitudinum.

Corol. III.

Ex his facilis conſurgit methodus inveniendi menſuram proportionalem abſtractam, ſive proportionem, quam habent inter ſe aquæ fluentes per diverſas ſectiones canalium horizontalium æqualis latitudinis. Si enim altitudines duarum ſectionum invicem multiplicentur, & à producto extrahatur radix quadrata; erit proportio majoris perpendicularis ad radicem inventam, ea, quam habet major velocitas ad minorem, ſive maxima, ſive media; cujus termini ſi cubentur; ideſt ſi multiplicentur in ſe, & productum denuo multiplicetur per radicem; erit cuborum proportio eadem, ac aquarum eodem, vel æquali tempore fluentium; ſunt enim cubi velocitatum inter ſe; ſicuti & quantitates aquæ, in ratione triplicata velociatum.

Exemplum.

Sit altitudo perpendicularis AB pedes 25; altitudo verò perpendicularis BC pedes 9: inquirere oportet proportionem, quam habet aqua fluens per BC ad aquam fluentem æquali tempore per AB. Multiplicetur igitur 25 per 9, fietq; productum 225, cujus radix quadrata 15; erit itaq; portio velocitatis BE ad velocitatum DB, ut 25 ad 15 (eſt enim 15 medius proprotionalis inter 25, & 9) ſive ut 5 ad 3. Si ergo BE ſupponatur eſſe 5; erit BD 3; & facto cubo primi termini 5, ideſt 125; & ſecundi 3, ideſt 27; erit proportio aquæ fluentis per AB ad aquam fluentem per CB, ut 125 ad 27. Hi autem numeri poſſunt dici Numeri cubici aquarum fluentium, quorum frequens erit uſus.

Corollarium.

Si vero latitudines non ſint æquales;

quales; altitudines verò æquales; plane conſtat quantitates aquarum eſſe inter ſe, ut latitudines; cilindrici enim eſſent in eadem baſi, quoniam æqualium perpendicularium æquales ſunt velocitates maximæ; & conſequenter inter ſe, ut altitudines, ideſt latitudines ſectionum.

Corol. V.

Si verò neque latitudines, neque altitudines ſint æquales; quoniam omnes cilindrici habent inter ſe rationem compoſitam ex proportione baſium, & ex proportione altitudinum; erit proportio aquæ ad aquam compoſita ex ratione, quam habet latitudo primę ſectionis ad latitudinem ſecundæ, & ex triplicata velocitatis mediæ in prima ſectione ad velocitatem mediam in ſecunda ſectione; Hinc ſi fiant cubi aquarum fluentium per utramque ſectionem, & cum eorum proportione componatur proportio latitudinum, quas habens ſectiones; erit conſurgens proportio eadem, ac aquarum: Ut ſi cubus primæ ſectionis ſit 125. ſecundæ verò 27. ſitque proportio latitudinis primæ ſectionis ad latitudinem ſecundæ ea, quam habet 3 ad 1; fiat ut 3 ad 1, ita 27 ad 9; eritque proportio 125 ad 9 ea, quam habet aqua fluens per primam ſectionem ad aquam fluentem per ſecundam æquali tempore.

Caval. Geom. lib. 2. Pr. 34. Corol. 4.

Prop. VI.

Parabolam terminatam ita ſecare per aliquam ordinatam axi, ut parabola tota ad abſciſam datam habeat rationem.

Fig. 24. Sit parabola A B D ſecanda per lineam ordinatam axi A D; ita ut parabola A B D ad parabolam abſciſam ad verticem v. g. A C E eam habeat rationem, quam F ad H.

Inter F, & H inveniantur duæ mediæ proportionales, quæ licèt geometricè haberi non poſſint per loca plana; ſaltem haberi poterunt per loca ſolida, & lineas organicas, atque etiam numeris per approximationem; ſintque hæ rectæ G, I, & ut F ad G, ita fiat D B ad aliam v. g. C E; fiatque ut quadratum D B ad quadratum C E, ita B A ad A C, & per C applicetur C E ordinata, quæ pertinebit ad parabolam. Dico parabolam A B D per lineam C E ita eſſe ſectam, ut ad parabolam A C E eandem habeat rationem, quam F ad H.

Quoniam enim parabola A B D ad parabolam A C E rationem habet triplicatam ejus, quam habet B D ad C E; eſt autem B D ad C E, ut F ad G; erit proportio parabolæ A B D ad parabolam A C E, triplicata ejus, quam habet F ad G; ſed etiam proportio F ad H triplicata eſt ejus, quam habet F ad G; ergo parabola A B D ad parabolam A C E eſt, ut F ad H. Quod &c.

Scholium.

Si verò parabola A C E augenda eſſet juxta rationem datam H ad F, quod ſæpius in menſura aquarum contingere poteſt; inventis, ut ſupra, duabus mediis proportionalibus I, G, & producto axe A C indeterminatè, fiat ut H ad I, ita E C ad aliam v. g. B D, & ut quadratum CE ad quadratum B D, ita fiat A C ad A B, & puncto B applicetur B D

ordinata, quæ ad parabolam pertinebit, ſunt enim quadrata C E, B D inter ſe, ut A C, A B, quare continuata linea parabolica A E, tranſibit per B, eritque parabola C A E ad parabolam A B D, ut H ad F, quod facilè eadem methodo demonſtrari poteſt, per aſſumpta in propoſitione ſuperiori.

Scholium II.

Et, ſi ſecanda eſſet parabola ita, ut parabola abſciſſa ad verticem ad ſpatium parabolicum reſiduum datam rationem haberet, v. g. F ad H, facilè ex ſupra demonſtratis fieri poſſet; diviſa enim parabola A B D ita, ut tota A B D ad abſciſam A C E, eam habeat rationem, quam F, una cum H, ad F, factum erit, quod quæritur, cum enim parabola A B D ad parabolam A C E ita ſit, ut F H ad F; erit dividendo, ut ſpatium CBDE ad parabolam A C E, ita H ad F, ſive ut parabola ad ſpatium, ita F ad H.

Prop. VII.

Data quantiate aquæ fluentis in canale horizontali per ſectionem datæ altitudinis, & latitudinis, & latitudine alterius ſectionis; invenire altitudinem ejuſdem aquæ in ſecunda ſectione.

Fig. 28. & 29. Sit ſectio canalis horizontalis C E, cujus latitudo D E, altitudo D C; ſitque data G H latitudo alterius ſectionis in eodem, vel ejuſdem generis Canale; oportet invenire altitudinem, quam faciet aqua fluens per ſectionem C E, in ſectione FH.

Quoniam quantitas aquæ fluentis per utramque ſectionem eadem eſt; erunt etiam complexus velocitatum utriuſque ſectionis inter ſe æquales. Sit itaque complexus velocitatum ſectionis C E, cilindricus C E I; ſecundæ vero ſectionis F H, cilindricus F H K. Et quoniam cilindrici æquales reciprocant baſes & altitudines; erit ut parabola C D I ad parabolam F G K, ita G H ad D E; ſed proportio G H, ad D E eſt data, ergo etiam proportio parabolæ CDI ad parabolam F G K data erit; ſecetur ergo parabola C D I, ita ut parabola C D I, (quæ data eſt, quoniam data altitudo C D) ad parabolam C L M eandem habeat rationem, quam parabola C D I ad parabolam F G K; ſitque ſemiordinata ſecans, recta L M; erit ergo parabola CLM eadem, ac parabola F G K, & conſequenter C L erit æqualis F G altitudini quæſitæ. Quod &c. Caval. Geom. lib. 2. Prop. 34. Corol. 4.

Corollarium.

Et quoniam datur proportio C D, ad C L; dabitur etiam ejus ſubduplicata D I ad G K, ideſt proportio velocitatum maximarum, vel mediarum.

Corollarium II.

Ex progreſſu hujus demonſtrationis conſtat, quòd ſi, loco latitudinis G H in ſecunda ſectione, daretur altitudo F G; poſſet inveniri tam proportio velocitatum, quàm latitudo ſecundæ ſectionis; data enim proportione altitudinum, datur proportio velocitatum, quæ ſi lineis experimantur ut D I; G H ex multiplicatione a tes-

2 tertiarum utriuſque cum ſua altitudine, ſeu axe, habebitur menſura utriuſque parabolæ; quare & dabitur proportio parabolæ F G K ad parabolam C D I, ſed ut parabola F G K ad parabolam C D I, ita D E latitudo primæ ſectionis ad G H latitudinem ſecundæ; eſt autem D E data; ergo etiam G H data erit.

Corollarium III.

Similiter, ſi loco latitudinis, vel altitudinis ſecundæ ſectionis, detur proportio velocitatum mediarum, vel maximarum utriuſque ſectionis inter ſe; dabuntur, & altitudo, & latitudo ſecundæ ſectionis. Si enim fiat, ut quadratum velocitatis primæ ſectionis ad quadratum velocitatis ſecundæ, ita C D altitudo primæ ſectionis ad F G; hæc erit altitudo ſecundæ, qua cognita, per corollarium antecedens, manifeſtabitur latitudo.

Corollarium IV.

Ex contextu demonſtrationis apparet, quod cum parabola C D I ad parabolam F G K habeat rationem reciprocam latitudinum G H, D E; ſit autem proportio parabolarum C D I, F G K triplicata ejus, quam habet D I ad G K; ſequitur latitudines eſſe in proportione reciproca triplicata velocitatum; & conſequenter velocitates medias diverſarum ſectionum ejuſdem canalis horizontalis, eſſe inter ſe in proportione reciproca ſubtriplicata latitudinum, ſive, ut radices cubicæ latitudinum reciprocè.

Prop. VIII.

Datis duobus canalibus horizontalibus notæ altitudinis, & latitudinis, quorum unus influat in alium, invenire altitudinem, quam addet canale influens, primæ altitudini alterius.

Sit ſectio Canalis influentis A C notæ altitudinis vivæ A B, & latitudinis BC; ſectio verò ſecundi recipientis ſit DE, cujus altitudo viva cognita ſit DF, ejuſque latitudo FE, oportet invenire altitudinem, quam addet aqua ſectionis A C, altitudi ſectionis D E; ſi utraque aqua ſimul fluat per ſectionem H E. *Fig. 30. & 31.*

Inter A B, D F inveniatur media proportionalis G; eritque, per corollarium 5. prop. 5. proportio aquæ A C ad aquam D E compoſita ex triplicata ejus, quam habet A B ad G, & ejus, quam hac B C ad F E; nota ergo erit proportio aquarum A C, D E; quare ſi aqua A C intelligatur addita aquæ D E; ita ut ſimul ſectionem efficiant HE; erit nota proportio aquæ H E, ad D E. Itaque, cum quantitates æquæ ſint inter ſe in proportione triplicata velocitatum mediarum; erunt velocitates mediæ inter ſe in proportione ſubtriplicata quantitatum aquarum, ſive ut radices cubicæ earumdem quantitatum. Sint igitur hujuſmodi radices cubicæ K M; ergo ut M ad K, ita velocitas media aquæ D E ad velocitatem mediam aquæ H E; ſed velocitates mediæ inter ſe ſunt in proportione altitudinum ſubduplicata, & altitudines inter ſe in proportione duplicata velocitatum; ergo

ſi tertia addatur proportionalis N; erit proportio M ad N, ſive proportio quadrati M ad quadratum K ea, quam habebit altitudo F D ad altitudinem F H; ideoque erit exceſſus DH augmentum altitudinis quæſitum. Quod &c.

Scholium.

Altitudo H D intelligitur pro exceſſu ſecundæ altitudinis F H ſupra primam F D, ante ingreſſum aquæ A C; non verò pro altitudine, ſub qua fluit aqua A C in ſectione HE; hujus enim inveniendæ methodus alia eſt.

Corollarium I.

Ex ſerie inventionis exceſſus HD, liquet methodus inveniendi converſum problematis, videlicet; Data altitudine viva, quam facit aqua influens canalis horizontalis in alium canalem horizontalem notæ altitudinis, & latitudinis, invenire proportionem aquæ influentis ad aquam canalis, in quem influit.

Corollarium II.

Et, ſi canalis influentis ulterius nota ſit latitudo, invenietur ejuſdem altitudo viva, & ſi altitudo nota fuerit invenietur latitudo.

Corollarium III.

Quod de augmento altitudinis dictum eſt, valet etiam de decremento, mediante exitu aquæ, vel efluxu à canale horizontali; hinc data proportione aquæ efluentis ad reſiduam, dabitur decrementum altitudinis, & dato decremento altitudinis, dabitur proportio aquæ efluentis ad reſiduam; hinc ſi aqua efluens notæ fuerit quantitatis, pariter nota erit quantitas reſiduæ, & utriuſque ſimul.

Corollarium IV.

Similiter, quod dictum eſt de influxu, & efluxu aquæ per alios canales horizontales, valet etiam de augmento canalis quomodocumque facto, vel per pluvias, vel per majorem fontium, lacuum &c. turgentiam, ut per ſe patet.

Prop. IX.

Sectionem quamcumque canalis horizontalis, ita dividere, ut partes aquam profundant in data ratione.

Sit ſectio A D, cujus altitudo AB: *Fig. 31.* opportet eam dividere v. g. in tres partes A H, E I, F D; ita ut aqua per AH ad aquam per E I habeat rationem, quam habet L ad M; aqua verò per E I ad aquam per FD ſit, ut O ad P.

Fiat, ut O ad P, ita M ad N, & intelligatur L aqua tranſiens per AH; erit ergo M aqua tranſiens per E I, & N tranſiens per F D; ideoque tota L N erit aqua tranſiens per integram ſectionem A D. Deinde axi A B deſcribatur parabola B A K; & dividatur, per corollarium ſecundum prop. 6. in partes habentes proportionem, quam habet L ad M, & M ad N, ſintque A E G, E F X G, F B K X; ſitque diviſio facta per ſemiordinatas

tas E G, F X, quæ occurrat axi A B in punctis E, F, per quæ ducantur E H, F I parallelæ utrilibet linearum A C, B D. Dico, aquam per A H ad aquam per E I, habere eam proportionem, quam L ad M; aquam vero per E I ad aquam per F D habere eam proportionem, quam habet M ad N, ſive O ad P.

Quoniam enim A E G, E F X G, F B K X ſunt complexus velocitatum aquarum fluentium per partes perpendicularis A E, E F, F B; erunt per conſtructionem complexus velocitatum ſegmentorum A E, E F, F B inter ſe, ut L, M, N, ſed in ſectionibus æqualis latitudinis complexus velocitatum inter ſe ſunt, ut quantitates aquarum; eſt vero eadem, vel æqualis latitudo ſectionum A H, E I, F D; ergo quantitates aquarum per A H, E I, B D erunt inter ſe, ut L, M, N. Quod &c.

Prop. ultim. 1. hujus.

Corollarium.

Ex hac propoſitione conſtat, quòd ſi detur proportio aquæ canalis influentis ad aquam canalis recipientis, de quibus prop. 8; poterit inveniri altitudo, ſub qua fluit aqua canalis influentis, vel alia ipſi mole æqualis in ſuperiori parte ſectionis, de qua in ſcholio propoſitionis 8. Si enim dividatur parabola juxta proportionem aquæ influentis ad aquam canalis recipientis; erit axis parabolæ abſciſſæ ad verticem, v. g. A E altitudo quæſita; hæc autem neceſſariò, in canalibus horizontalibus ſemper major eſt exceſſu altitudinis auctæ ſupra primam; eo quòd, aucta altitudine, augetur etiam velocitas aquæ inter E, & B, & altitudo minuitur in proportione velocitatis auctæ, decrementum verò primæ altitudinis reparatur ab altitudine A E, quæ quia ſemper eo major eſt; efficit exceſſum, de quo propoſitione 8. Vide notata ad propoſitionem 10. libri primi.

Prop. X.

Data perpendiculari, ſive altitudine viva alicujus ſectionis, & latitudine ejuſdem in canale horizontali; invenire quantitatem aquæ abſolutam, & determinatam tranſeuntem dato tempore per datam ſectionem.

Sit data altitudo viva A B in aliqua ſectione canalis horizontalis: oportet invenire quantitatem aquæ abſolutam, ideſt in menſura determinata fluentem, dato tempore, per ſectionem, cujus eſt perpendicularis A B. *Fig. 24.*

Inveniatur, per prop. 3. hujus libri, in A C centrum velocitatis mediæ, quod ſit C; erit ergo A C 4. nonæ partes totius A B; & quoniam tota A B v. g. pedum 9 eſt data, etiam A C data erit pedum 4. Per propoſitionem igitur 10. libri 2. ſive per tabulam ſuo loco exhibendam, cum ad exquiſitam trutinam eam redegerimus, inveniatur ſpatium debitum velocitati aquæ ſub altitudine A C; quæ ſupponatur eſſe v. g. pedes 120 in uno minuto; erit ergo C E pedes 120. quæ, ſi multiplicetur per totam A B pedes 9, productum 1080. erit menſura parabolæ B A D, ſive rectanguli ſub B A, C E contenti, quod ſi denuo multiplicetur per latitudinem ſectionis, v. g. pedum.

pedum 10, ſolidum indè conſurgens 10800 erit quantitas aquæ fluentis uno minuto per datam ſectionem in pedibus cubicis. Idem evenit, ſi area ſectionis multiplicetur per ſpatium debitum velocitati. Conſtat autem ex dictis hanc eſſe veram menſuram; quia ſi omnes partes aquæ exiſtentes in ſectione, vel perpendiculari AB, ferrentur velocitate C E apta percurrere uno minuto pedes 120; conſurgeret indè priſma rectum, cujus baſis ſectio data, & longitudo pedes 120; hujus autem priſmatis ſoliditas habetur per multiplicationem adinvicem trium dimenſionum. Quare &c.

Corollarium.

Et quoniam, per propoſitionem 5, datur propotrio aquarum fluentium per datas ſectiones canalium horizontalium; ſequitur, quòd ſi menſura aquæ ſit exactè determinata in una ſectione, quod etiam experimento patriculari ſæpiùs reperito haberi poteſt; ſequitur inquam, quòd in altera quacumque ſectione, haberi poſſit præcisè determinata: ut ſi ſupponatur quantitas aquæ fluens uno minuto temporis per ſectionem, cujus A B eſt perpendicularis, eſſe 10800. pedes cubicos; ſitque propotrio cubi aquæ in hac ſectione ad cubum aquæ in altera ſectione, ut 1 ad 27; fiet per regulam auream, ut 1. ad 27, ita 10800 ad 291600; eritque hic numerus pedum cubicorum fluentium unico minuto temporis per ſecundam ſectionem.

V. D. Fulgentius Orighetus Cler. Reg. S. Pauli, & in Metropol. Bonon. Pœnitent. pro Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. D. Jacobo Boncompagno Archiepiſcopo, & Principe.

Pro Reverendiſſimo P. Inquiſitore prædictum Opus attento animo legi, & nihil inveni, quod impreſſionem impediat.

Ego Jo. Hieronymus Sbaraglia &c.

Stante Atteſtatione

Imprimatur

Vicarius Generalis S. Officii Bononiæ.

D. GULI-

DOMINICI GULIELMINI

MED. DOCT. BONONIENSIS,

In Patrio Archigymnaſio Scientiarum Mathematicarum Primarii Profeſſoris, & Aquarum Bononienſium Superintendentis,

AQUARUM FLUENTIUM MENSURA,

NOVA METHODO INQUISITA.

PARS ALTERA.

LECTORI BENEVOLO.

HAbuiſti anno ſuperiori, Lector humaniſſime, tres libros meos hydrometricos, quibus Aquarum fluentium menſuram, in canalibus ſolitariis inclinatis, & horizontalibus quibuſcumque inquiſivi. Reliquum erat, ut, quod promiſeram, in canalibus inclinatis unitis eandem abſolverem menſuram, ut tota doctrina, quantum quidem ingenii mei fert tenuitas, integra, & perfecta haberetur. Cogitaveram quidem, alios tres ſaltem libros neceſſarios fore, quibus totidem caſus in unione canalium inclinatorum poſſibiles ſingillatim conſiderarentur; primò videlicet, quando Canalis inclinatus cum canale horizontali; ſecundo, quando cum alio ſimiliter inclinato; & tertio, quando cum alio diſſimiliter inclinato copulatur, habita ulteriùs relatione ad varios canalium confluentium angulos: atque hinc latiùs extenſa fuiſſet doctrina, ſi ejuſdem canalis mutata identidem inclinatio, & veluti diverſorum canalium ſucceſſiva ad invicem applicatio fuiſſet enucleanda. Verùm, quia hæc omnia (præterquam quod plurium propoſitionum, tum Geometricarum, tum Mechanicarum apparatum poſtulaſſent; atque ob id non brevium, nec facilium ſtudiorum, non modò mihi; ſed & Lectori onus impoſuiſſent) inutilia plerumque ad praxim fuiſſent; cum mihi per experimenta, & longam obſervationem conſtet, propter multiplicata impedimenta adeo canalium, præ-

ſenſim modicè inclinatorum, integram velocitatem retardari, ut ſubinde ſola penè velocitas, quam tribuit altitudo, reliqua ſit. Quare, ut propius ad rei veritatem accederem, aliud excogitavi artificium, quo non modo in canalibus inclinatis unitis generaliter aquæ fluentis menſuram adipiſcerer; verum & in horizontalibus quibuſcumque abſque erroris ſuſpicione propter affectam velocitatis retardationem, ita ut unuſquiſque ad fluminis menſuram accedere poſſit abſque prævia cognitione, an canalis ſit horizontalis, an inclinatus; an ſolitarius, an unitus, quod quarto ſequenti libro demonſtravi, & ad praxim adaptavi. Cæterum binos alios addidi; quintum videlicet, quo nonnullas propoſitiones, non injucundas, nec inutiles ex aliis pluribus ſelectas, quæ inter hæc ſtudia mihi, vel alio colimanti, vel etiam ex ingenio inquirenti, occurrere, congeſſi; & ſextum, quo paucas propoſitiones, fondamentales tamen ad aquarum diſtributionem ritè, & non ex caſu, aut (ut hucuſque) ex inconſtantibus fundamentis faciendam, continentur.

Tua igitur cuncta hæc ſint Lector benignè, ſi ea tibi prodeſſe noveris, ſibique viſi fuerimus fugientem aquæ menſuram, &, ut ita dicam, ſine figura corpus, in hoc lubrico argumento ſatis attigiſſe; ſin minus animum ipſe, mentemque operi admove, ut plura proferas, & meliora. Vale.

Vid. D. Romualdus Taurellus Pœnitent. in Metropol. Bonon. pro Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. D. Jacobo Boncompagno Archiepiſc. Bonon. & Principe.

Vidi, & admitti poſſe cenſui.

Ego Silveſter Bonfiliolus S. Inq. oper. Mathem. Reviſor.

Stante Atteſtatione

Imprimatur

Vicarius Generalis S. Officii Bononiæ.

LIBER

LIBER QUARTUS,

In quo agitur De menſura Aquarum fluentium in Canalibus inclinatis unitis quomodocunque.

Axioma.

AQua nequit in ſuo fluxu, præciſa violentia, majorem velocitatem habere ea, qua poriretur, ſi tantundem deſcendiſſet liberè per lineam perpendicularem, omni ſepoſito impedimento.

Hæc propoſitio extra dubium eſt, cum velocitas fluxus pendeat à gravitate aquæ, & hæc ſuam maximam energiam exerat in linea rendente ad centrum gravium, ideſt perpendiculari; ideoque jure tanquam axioma poteſt uſurpari.

Definitiones.

I. Velocitas integra aquæ fluentis illa eſt, quam haberet aqua in aliquo puncto canalis, vel perpendicularis &c. ſi eò uſque deſcendiſſet ab initio canalis ſine ulla reſiſtentia.

II. Velocitas retardata, ſive reſidua illa eſt, quam habet realiter aqua in deſcenſu, quando eſt minor velocitate integra, ſive eſt velocitas integra multata ea velocitate, quam aquæ fluenti detrahunt impedimenta in deſcenſu.

III. Velocitas deperdita eſt differentia inter velocitatem integram, & retardatam; ſive ea portio velocitatis, quam aquæ fluenti identidem detrahunt impedimenta.

IV. Ex inæqualibus trium dictarum ſpecierum velocitatibus in perpendiculari aliqua ſectionis, vel ſectione ipſa, poteſt media velocitas componi juxta ſenſum definitionis ſeptimæ lib. primi, & dicetur media velocitas integra, media velocitas retardata, media velocitas deperdita perpendicularis, vel ſectionis.

V. Perpendicularis horizonti alicujus ſectionis eſt recta linea horizontali perpendicularis, ducta à fundo ſectionis.

VI. Perpendicularis ſectionis eſt linea ducta in plano ſectionis fundo perpendicularis; quæ, ſi ad ſuperficiem aquæ terminet, aliàs dicta eſt altitudo aquæ.

VII. Prima ſectio alicujus canalis eſt illa, quæ ante alias recipit aquam totam, quæ per canale fluere debet; ſive illa, quæ cæteris omnibus in eodem alveo poſſibilibus altior eſt, per quam æqualis aquæ quantitas fluit, ac in ſectionibus inferioribus. Ut ſi SOBA ſupponatur reſervatorium aliquod, vel ſtagnum, in quo aqua ſit ad horizontalem SA æquilibrata; BE verò canalis, per quem aqua debet fluere; erit S initium canalis juxta ſenſum quartæ definitio- *Fig. 19.*

nis ſecundi libri, & B ſectio prima, quia per ipſam primò in canali S B E tota aqua, quæ à reſervatorio exhauritur, tranſit; aliæ vero infra B dicantur ſectiones ſecundæ, vel inferiores, quæ ab invicem diſcriminantur pro diverſa ab initio Canalis S diſtantia. Sic B A dicitur perpendicularis horizonti ſectionis B, & B C perpendicularis ſectionis producta; & ſuppoſito, quod M ſit ſuperficies aquæ in ſectione B, vocamus B M perpendicularem ſectionis ſimpliciter, vel altitudinem aquæ in ſectione.

Propoſitio I.

In Canalibus inclinatis liberè fluentibus, in quibus integra ſit velocitas deſcenſus, altitudo aquæ non auget velocitatem.

Sit canalis inclinatus A D, cujus initium A, & ſectionis altitudo D E, cujus velocitas ſit integra, & ex D erigatur D F perpendicularis horizontali ſectionis C D, & terminata ad aquæ ſuperficiem. Dico altitudinem DF non augere velocitatem perpendicularis, vel ſectionis D E.

Fig. 33.

Ducatur .n. per A linea A C perpendicularis horizontali C D; & ſumptis in D E quibuslibet punctis v. g. H &c. per H ducatur H I parallela C D, & H G parallela D F, & terminata in G ad aquæ ſuperficiem.

Torricel. de mot. grav. prop. 5.

Quoniam enim, ex ſuppoſitione, Aquæ D velocitas eſt integra; eadem erit velocitas in D, ac in C: itaque ſi F D altitudo augeret velocitatem D eſſet velocitas in D major velocitate in C; quare Aqua D velociùs flueret per planum inclinatum A D, quam per perpendicularem A C, eodem exiſtente deſcenſu A C. Similiter, ſi altitudo G H augeret velocitatem H, eſſet velocitas in H major velocitate in I; & conſequenter Aqua H velociùs flueret, quàm ſi deſcendiſſet per A I: Eadem eſt ratio de omnibus partibus aquæ in perpendiculari D E; ergo tota aqua D E velociùs flueret per planum inclinatum A D, quam per perpendicularem A C, quod eſt impoſſibile per axioma hujus libri; non ergo perpendiculares F D, G H &c. augent velocitatem. Quod &c.

Corollarium I.

Quoniam itaque nulla perpendicularis, ſive altitudo F D minor altitudine A C auget velocitatem D, ſequitur aquæ ſuperincumbentis preſſionem non agere in velocitatem, quando velocitas inferioris aliunde major eſt, quàm imprimere poſſit preſſio ſuperioris.

Corollarium II.

Si verò altitudo F D æqualis eſſet A C, ſive preſſio agat ceſſante velocitate acquiſita per A D, ſive non (eadem velocitate, & ab eadem cauſa remanente) ſequitur velocitatem puncti D in hoc caſu indiſtinctè deſumi poſſe, vel ab altitudine F D, vel à deſcenſu per A D juxta perpendicularem A C.

Corollarium III.

At, ſi F D altitudo ſuperaret perpendicu-

Digitized by Google

pendicularem A C, in hoc caſu, quoniam aquæ ſuperficies ſe ſe æquilibrat ad lineam horizontalem, elevabitur proportionabiliter initium canalis A, v. g. in L, & velocitas menſuranda erit à deſcenſu per L D.

Corollarium IV.

Et ideo altitudo v. g. M D, poterit augere velocitatem D, ſi ea priùs tanta fuerit, quanta ſolummodo debetur deſcenſui per A D; nam ſive augeatur per majorem deſcenſum L D, vel I O, ſive per altitudinem M D; perinde eſt, cum M D, L O ſint æquales.

Corollarium V.

Generaliter ergo altitudo aquæ in aliqua ſectione non addit velocitatem partibus inferioribus, niſi earum velocitas minor ſit ea, quàm poteſt imprimere altitudo aquæ ſupra fundum ſectionis.

Scholium.

Atque hinc colligitur ratio, cur aquæ in canalibus horizontalibus fluant ſola velocitate à preſſione; in canalibus verò perpendicularibus, & inclinatis ſola velocitate, quæ provenit ab inclinatione alvei; quia v. in illis aqua inferior in ſectione, nulla eſt affecta velocitate, & conſequenter minori ea, quàm ipſi conciliare poteſt altitudo prementis aquæ; in his verò aqua inferior, quantum eſt ex natura rei, majori velocitate fluit, quàm poſſit indere altitudo; & in hoc caſu altitudo pendet à conditione velocitatis, non velocitas à quantitate altitudinis, ut in horizontalibus. Similis eſt ratio in fontibus, in quibus ſectiones verticales ſalientium, & earum altitudines horizonti perpendiculares non influunt in velocitatem, ſive ſint horizontales ſalientes, ſive quomodolibet inclinatæ.

Prop. II.

Iiſdem poſitis, ſi ſectio vel tantillum ſuperiùs obſtruatur, aquæ altitudo in perpendiculari ſectionis tantum creſcet, ut vel ſuperet impedimentum, & ſupra ipſum effluat, vel ſuperet horizontalem ductam per initium alvei.

In canale enim inclinato A D, altitudo ſectionis D E ſuperiùs obſtruatur, ſitque obſtructio H E, & continuetur impedimentum obſtruens uſque in Q infra horizontalem AN. Dico, fore ut aqua excreſcat uſque ad horizontalem KQ; donec poſſit fluere ſupra impedimentum HQ; ſi vero hoc ipſum impedimentum ſuperiùs extendatur, ita ut omnem altitudinem auctam poſſit continere. Dico aquam tantum aſcenſuram, ut ſuperet horizontalem per initium alvei, videlicet A N.

Diminuta enim altitudine ſectionis D E; & conſequenter ſectione propter obſtructionem H E, impoſſibile eſt, ut eadem quantitas aquæ fluat per ſectionem D H, quæ antea fluebat per DE eadem velocitate; etenim, ut eadem quantitas aquæ utrobique fluat, oportet, ut velocitates ſint reciprocę ſectionibus; aliqua ergo portio remorabitur; & quoniam

ſingulis temporibus aliæ ſimiles portiones remorantur: hæ non ſolum ſtagnabunt ſupra EQ, ſed propter continuum augmentum augebunt & altitudinem. Supponatur igitur aucta altitudo uſque ad KQ horizontalem: Itaque, quoniam KQ eſt infra horizontalem AN, erit perpendicularis AC major, quàm KC; quare deſcenſus AC majorem imprimet velocitatem, quam poſſit
Corol. 5. prop. 1. hujus. preſſio KC; ergo altitudo KC, vel SD non augebit velocitatem in ſectione DH, & conſequenter per altitudinem DS non augebitur effluxus aquæ; tota ergo quantitas aquæ, quæ poſt acquiſitam altitudinem DS remorabitur, neceſſe erit, ut ſupra impedimentum HQ effluat. Eodem modo oſtendetur altitudinem DB non augere velocitatem ſectionis DH. Quare, ut altitudo poſſit augere velocitatem ſectionis DH, neceſſe erit, ut ſupra horizontalem AN aſcendat. Quod &c.

Scholium.

Propoſitionis hujus veritatem, quam, ut paradoxum quoddam Amici plures, & ſane docti ſuſpiciebant vulgari præjudicio detenri, quo velocitates ab altitudine aquæ ſemper, ſaltem partialiter, pendere pro indubio habebant; dum experimento comprobarem iiſdem præſentibus nonnulla Phænomena notatu digna obſervata fuerunt, quæ huc afferre non incongruum cenſeo.

Fieri curaveram ex ferrea lamella Vas parallelepipedum AF, in cujus parte anteriore emiſſarium apertum
Fig. 34. fuerat LS; illique aptatus ejuſdem materiæ canalis verſatilis circa FG, ita ut diverſæ ejus haberi poſſent inclinationes, quem exprimimus hic per unicam lineam SP orthographica ſectione ad confuſionem linearum vitandam, cujus laterales ſpondæ LSPM adeo erant altæ, ut impedirent, ne ſupra eas aqua efflueret. In medio hujus canalis ſuis curſoribus cataracta aptata fuit MR; quæ pro libito attolli poſſet, & demitti.

Itaque inclinato canale v. g. in PS & rimis optimè cera clauſis, aqua in vas immiſſa eſt per ſyphones recurvos eam exhaurientes uniformiter ab alio vaſe, lacu videlicet, ſemper aqua pleno, ut æqualis perpetuò eſſet æqualibus temporibus aquæ per ſyphones hauſtus; & æqualis itidem fluxus per canalem. Hæc itaque fluere cæpit efficiens ſuperficiem, vel lineam IXNQ, & in ſectione O altitudinem ON, qua ſic manente cataracta demiſſa fuit, ita ut ſuperficiei aquæ præciſè congrueret; atque his ſic ſe habentibus nulla apparuit variatio; ſed mutatis circumſtantiis, ſequentia ſe ſe prodiderunt phænomena.

I. Demiſſa cataracta infra aquæ ſuperficiem v. g. uſque in R, aqua inter I, & N immediatè cæpit elevari ferè uſque ad horizontalem HIB; non tamen eam præciſe attigit; ita tamen, ut quater, & quinquies altitudinem reſiduæ portionis OR ſuperaret.

II. Elevatio aquæ fieri cæpta eſt eum tumultu, & agitatione aquæ, ut veluti efferveſceret, ita ut pars aquæ per RO fluens velocitatem priſtinam ex parte amiſerit, & cæperit lentiùs fluere, quod apertiſſimè ex

ex diminuta amplitudine cadentis, ſive ſalientis deorſum inclinatæ dignoſci potuit; ex quo facile fuit deducere, velocitatem aquæ per deſcenſum acquiſitam ab inconditis motibus aliunde derivatis, uti ab impedimentis, reflexionibus, vorticibus &c. alterationem, & diminutionem conſid rabilem pati.

III Elevata aqua uſque ad horizontalem D X C terminum elevationis hìc quievit; & cum creſcente antea elevatione ſenſim ceſſaret tumultus, amplitudo cadentis identidem major fieri cæpit, ita ut priſtina primò reaſſumeretur, & deinde major etiam acquireretur.

IV. Iiſdem ſic manentibus, & aqua unius ſyphonis addita, ſuperficies denuo elevata eſt adhuc magis uſque ad alium terminum ſuperiorem, iiſdem rurſus obſervatis, quæ phœnomeno ſecundo, & tertio.

V. Elevata denuo cataracta, ita ut aqua retenta effluerer; & reſtituta aqua ad ſuam naturalem ſuperficiem I G N Q, denuo cataracta demiſſa eſt, & ad congruentiam ipſius applicata; quibus peractis, addita aqua alterius ſyphonis in vaſe A F, eadem, quæ ſupra obſervata ſunt, cum demiſſa fuerat cataracta infra aquæ ſuperficiem.

VI. Hæc omnia proportionabiliter depræhenſa ſunt (remoto ſyphone antea addito, & elevata cataracta, rurſuſque demiſſa ut antea) per ſolam additionem parviſſimæ quantitatis aquæ v.g. unciæ unius, vel duarum, immò ſolum tantæ quanta continetur à cocleari, quæ immittebatur immediatè ſupra ſectionem OR.

VII. Immo idipſum contingebat abſque ulla aquę additione; ſed per ſolam retardationem velocitatis aquæ inter S O, factam, vel digito, vel bacillo infra aquam demiſſo, vel etiam ſolo reflatu.

Scholium II.

In hiſce experimentis obſervandum eſt, quod phœnomena ſextum, & ſeptimum eandem cauſam recognoſcunt; etenim aquæ additio, quatenus importat certum aquæ additamentum non continuatum, tantum augere debuiſſet aquæ ſuperficiem, quantum ipſius moles exigit, minimum videlicet; ſed quia in additione aquæ, præſertim cum impetu facta, ut cum aqua ex alto immittitur, fluxus velocitas retardatur, & ſemper magis ex turbatione inducta; hinc augmentum altitudinis inſigne factum eſt eodem pacto, quo in phœnomeno ſeptimo retardationi factæ digito, elevatio ſuperficiei ſucceſſit.

Scholium III.

Quod autem in expoſito experimento, phœnomeno primo, Aquæ non ſuperaverit horizontalem H B, ut ex natura rei fieri debuit per demonſtrata in ſuperiori propoſitione; id ortum habuit, quia aquæ velocitas non integra fuit, quantam videlicet deſcenſus perpendicularis per T O, V R exigebat; ſed retardata, ex reſiſtentia nempe facta à confricatione fundi, & ſpondarum; id quod nullo artificio omnimodè poteſt averti, & in canalibus inclinatis ſummum negotium faceſſit.

Hujus

Hujus tamen impedimenti, vel potius velocitatis retardatæ proportionem ad integram velocitatem inveniendi methodum, vel ex hoc ipſo experimento inferiùs prop. 10. lib. 5. exponemus.

Prop. III.

Fig. 33. Iiſdem poſitis, & aucta aquæ altitudine, ita ut tandem in eodem ſtatu ſemper permaneat. Dico, per minorem ſectionem HD, eandem fluere aquæ quantitatem, quæ priùs fluebat per integram ſectionem DE.

Aucta enim aquæ altitudine uſque ad ML ſupra horizontalem AN, quoniam per canalem AD eadem fluit aquæ quantitas, quæ priùs; ſi major eſſet aquæ quantitas fluens per ſectionem DH ea, quæ fluebat antea per ſectionem DE; major aquæ quantitas exhauriretur, quàm ſubminiſtraretur à canale; ergo horizontalis ML deſcenderet, quod eſt contra ſuppoſitum; ſi vero minor eſſet aquæ quantitas fluens per minorem ſectionem DH ea, quæ fluxerat per majorem; remorata aliqua aquæ portione, ſuperficies ML adhuc attolleretur, quod pariter eſt contra ſuppoſitum; ergo ſi neque major, neque minor; eadem quantitas aquæ fluet per ſectionem HD, ac ea, quę fluxerat per ſectionem DE. Quod &c.

Prop. IV.

In canale inclinato, ſi aqua fluat faciens in ſectione data determinatam altitudinem, ſupra quam ſuperiùs obſtruatur ſectio indefinitè, & ſpondæ canalis adeo ſint altæ, ut omnem aquæ altitudinem continere poſſint, & intelligatur retardata aquæ velocitas; elevabitur aquæ ſuperficies, donec in eadem ſit linea horizontali cum initio alvei.

In canale inclinato AD fluat aqua faciens in ſectione D altitudinem DE, *Fig.* 33. & ab E intelligatur ſuperiùs continuatum obſtruens impedimentum EP, & reliqua, quæ in propoſitione; & ſupponatur poſt obſtructionem retardata velocitas; ita ut per ſectionem DE aqua non poſſit ampliùs fluere priſtina velocitate. Dico Aquæ ſuperficiem adeo ſe elevaturam, ut horizontalem AN per initium alvei attingat; dummodo tamen velocitas priſtina integra fuiſſe ſupponatur.

Cum enim retardata ſit velocitas in ſectione DE; non tantum aquæ impoſterum fluet per DE, quantum priùs fluebat; quarè portio aliqua remorabitur inter A, & EP ſingulis temporibus; ergo ex continuatè retentis ſingulis aquæ portionibus attolletur ſemper magis, & magis aquæ ſuperficies, donec altitudo ejus ſupra lumen, ſive ſectionem DE talis evadat, ut amiſſam velocitatem poſſit reſtituere; ſed ſola elevatio uſque ad horizontalem AN velocitatem priſtinam reſtituere poteſt; etenim priſtina velocitas, quoniam integra, illa erat quæ perpendicularibus BD, NH convenit, & eadem eſt, quæ ab elevatione ſuperficiei in AN, ſectioni DE imprimitur; ergo aqua elevabitur uſque ad horizontalem AN per initium alvei; neque magis elevabitur, nam augeret velocitatem in ſectione, & conſequenter major aquæ quantitas tranſmitteretur per ſectionem DE, quam ſugge-

ſuggerat Canalis A D; & ſuperficies denuo deprimeretur ad horizontalem A N. Neque in minori elevatione conſiſtet; etenim minor altitudo non reſtituit velocitatem debitam majori deſcenſui. Quod &c. *Coroll. 1. Prop. 1.*

Corollarium.

Conſtat hinc, quòd ſi retardatio ceſſaret, antequam facta eſſet elevatio uſque ad horizontalem per initium alvei; ceſſaturam etiam elevationem, quæ in eo ſtatu conſiſteret; quare, ut vera ſit propoſitio, oporter, ut retardatio duret ſaltem uſque ad elevationem prædictam.

Prop. V.

Fig. 33. Iis, quæ in propoſitione ſecunda poſitis. Dico velocitates inter D, & H ita invicem proportionari, ut punctum D velocitatem habeat eam, quam ipſi tribuit altitudo D M; punctum vero H eam, quam altitudo H R, adeo ut complexus velocitatum inter D, & H ſit in ſpatio parabolico, cujus vertex P.

Etenim velocitas in D major eſſe nequit ea, quam tribuit altitudo M D, cum nulla ſit cauſa hujus majoris velocitatis; non enim acceleratio per canalem A D, aut potiùs L D, plus poteſt tribuere, ut de ſe patet. Similiter neque minor eſſe poteſt, nam preſſio M D non permittit hanc minorem velocitatem; ſi ergo neque major, neque minor eſt velocitas in D ea, quam tribuit altitudo M D; æqualem eſſe neceſſe eſt. Similiter oſtendetur velocitatem H eam eſſe, quam imprimit altitudo R H; & idipſum oſtendetur de aliis velocitatibus inter D, & H reſpectu ſuarum perpendicularium uſque ad ſuperficiem aquæ L P. Inventa ergo parabola, quæ harum velocitatum ſit menſura videl. P T V, ducantur D V, H T ſemiordinatæ; Fietque ſpatium parabolicum D H T V, quod erit complexus velocitatum perpendicularis D H. Quod &c. *Prop. 5. 11. hujus. Corol. Prop. 5. hujus.*

Scholium I.

Idem oſtendi poteſt, licèt non ob ructa ſit ſectio, ſed ſolum retardata velocitas juxta data prop. quartæ; eadem enim eſt demonſtratio.

Scholium II.

Quoniam per elevationem ſuperficiei L P augetur etiam longitudo canalis, producto ſuperiùs initio in L juxta ſenſum def. quartæ ſecundi libri; conſtat altitudinem M D, & deſcenſum per L A D eoſdem velocitatis gradus ſectioni D imprimere, & ulteriùs Canalem fieri tanquam vas clauſum L A D E P, cujus lumen ſit D H; eique aquam ſic ſubminiſtrari, ut eandem ſemper ſervet ſuperficiem L P; quare etiam ex hoc capite colligitur, velocitates D, & H proportionari inter ſe, ita ut ſint in ſpatio parabolico prædicto per demonſtrata in ſecundo libro.

Corollarium I.

Ducta ergo per X. parabola D X Y, ejuſque ſemiordinatis D Y, & E; erit ſpatium parabolicum D E & Y complexus velocitatum perpendicula-

dicularis D E, æquale ſpatio parabolico D H T V complexui velocitatum perpendicularis D H; quoniam cum quantitates aquæ ſint æquales, & complexus velocitatum æquales erunt.

Prop. 3. hujus.
Prop. 13. 1. hujus.

Corollarium II.

Prop. 7. 11. hujus. *Prop. 8. ejuſdem.*

Itaque ſi fiant ſuper D E, D H rectangula æqualia ſpatiis parabolicis; erunt reliqua latera, ſive eorum altitudines, velocitates mediæ, & invento centro velocitatis perpendicularis E D v. g. H, fiat, ut quadratum velocitatis mediæ perpendicularis D H ad quadratum velocitatis mediæ perpendicularis D E; ita X H ad P 2; erit 2. centrum velocitatis perpendicularis D H: quoniam cum velocitates mediæ ſint ad parabolicas lineas parallelas, ſive æquales; erunt axes inter ſe in proportione duplicata maximarum ordinatarum.

Prop. 4. 11. hujus.

Scholium III.

Quoniam inventio centri velocitatis requirit cognitam altitudinem axis D X; ut in prop. 8. ſecundi libri; quadratura enim ſpatii parabolici hanc poſcit, ut in prop. 7. ejuſdem; & ulterius altitudo axis, ut cognoſcatur methodo, qua in prop. 6. ejuſdem, exigit proportionem ſemiordinatarum maximæ, & minimæ; ſivè in noſtro caſu velocitatis ſuperficiei, & fundi, quæ, ſi experimento v. g. pendulo exploretur, certa non eſt, cum poſſint eſſe retardatæ volocitates, & conſequenter turbata earundem proportio abſtracta deſcenſui debita; dubium poſſet inſurgere in caſu corollarii præcedentis, an centrum velocitatis rectè fuerit adinventum; adhuc tamen, quia velocitatum ratio alia via poteſt inveniri, puta ex longitudine canalis, & angulo inclinationis, & ulteriùs per libellationes diligenter factas, inſtrumento præſertim Clariſſimi Montanarii fæ. re. Præceptoris olim mei, quibus mediantibus poteſt haberi diſtantia lineæ horizontalis per initium alvei à fundo ſectionis puta B D; & exinde D X ſtabit centri velocitatis inventio, & reliqua inde deducta in corollario præcedenti.

Corollarium IV.

Quare, ſi notus ſit angulus inclinationis canalis, cui æqualis eſt angulus B D X; vel 32 P; quoniam eſt notus angulus P 32 rectus, & latus P 2; innoteſcet & Trigonometricè perpendicularis 32; altitudo ſcilicet aquæ ſupra centrum velocitatis perpendicularis D H.

Prop. VI.

Si in reſervatorio aqua ſubminiſtretur beneficio canalis influentis perpendicularis, ſitque quantitas influens major quantitate, quæ poteſt effluere per datam ſectionem, vel lumen, ea velocitate, quæ debetur caſui ab initio canalis influentis uſque ad lumen; aqua tantùm aſcendet in reſervatorio, ut ſuperet ſublimitatem canalis influentis.

Sit reſervatorium C B D, & cadens perpendicularis in ipſum influens A B, cujus initium A; ſit verò velocitas cadentis in B integra; *Fig. 35.*

ſitque

Digitized by Google

ſitque lumen B non aptum emittere totam aquam cadentis AB. Dico aquam intra reſervatorium ſe ſe elevaturam ſupra A initium cadentis.

Continuetur enim reſervatorium uſque ad ſublimitatem canalis influentis; & quoniam in hoc ſtatu altitudo reſervatorii non poteſt tribuere, niſi tantam velocitatem, quanta debetur deſcenſui perpendiculari AR; & velocitas, quæ huic debetur ideſt integra, non tanta eſt, ut poſſit aqua tota effluere per lumen B; portio aliqua remorabitur, & adhuc elevabitur Aqua, ergo vel ſupra latera reſervatorii effluet, vel, eo adhuc continuato, tantam altitudinem acquiret, ut poſſit urgere totam aquam per B exigita velocitate; ideſt altiùs aſcendet, quam A. Quod &c.

Corollarium I.

Hinc ſequitur, quòd ſi proportionatum fuerit lumen B velocitati B integræ; ideſt ſi lumen B ad ſectionem cadentis in M reciprocè ſe habeat ſicut velocitas M ad velocitatem B fore, ut nulla aquæ portio remoretur in reſervatorio, ſed totam effluxuram. Idem erit ſi major fuerit proportio luminis ad ſectionem, quàm velocitatum reciprocè. E contra vero, ſi major ſit ratio velocitatis M ad velocitatem B, quàm luminis B ad ſectionem M, qui eſt caſus propoſitionis nuper demonſtratæ.

Scholium I.

Velocitas M, & ſectio M in hoc corollario, non poſſunt intelligi in principio canalis, ſed infra ipſum; nam in principio velocitas nulla eſt; ſectio verò infinita; etenim velocitatis B quantæ ad velocitatem A nullam, debet eſſe eadem proportio, ac ſectionis A ad ſectionem B. quanti autem ad nihil infinita eſt proportio; ergo & ſectionis A ad ſectionem B infinita debet eſſe proportio; qualis intercedit inter ſectionem A infinitam, & ſectionem B finitam.

Corollarium II.

In hoc itaque ſenſu, quoniam velocitas M ad velocitatem B majorem habet proportionem, quàm lumen B ad ſectionem M; fiat ut lumen B ad ſectionem M ita velocitas M ad aliam velocitatem F; & ut quadratum velocitatis M ad quadratum velocitatem inventæ F ita fiat AM ad GR; eritque GR altitudo, ad quam excreſcet aqua in reſervatorio, in caſu hujus ultimæ propoſitionis, & major, quam AR, ut facilè ex hucuſque demonſtratis oſtendi poteſt.

Corollarium III.

Si velocitas canalis influentis fuerit retardata; manente lumine proportionato integræ velocitati; aqua aſcendet in reſervatorio uſque ad initium canalis A; eo enim uſque aſcendens Aqua reſtituet integram velocitatem; ideoque per ipſum tota aqua effluet.

Corollarium IV.

Si verò lumen ſit proportionatum alicui velocitati retardatæ; & adhuc aqua tota non effluat; evidens eſt

velocitatem eſſe magis retardatam, quàm ferat ratio reciproca luminum, & velocitatum; ideſt lumen eſſe minus, quàm exigat data velocitas aquæ retardata; quare aqua elevabitur in reſervatorio v. g. uſque ad horizontalem C D, ita ut altitudo R E reſtituat eam velocitatem, quæ eſt proporrionata lumini.

Corollarium V.

Atque hinc conſtat altitudinem E R ſuperficiei aquæ C D, majorem addere velocitatem lumini B, quàm totus caſus A B, quoties retardata eſt velocitas.

Corollarium VI.

Et ulteriùs impetum cadentis perpendicularis, in reſervatorio non eſſe attendendum, ſive non influere in velocitatem luminum, quoties ſuperficies aquæ eſt manens; niſi quatenus aliquando ſus, deque tantillum ex impetu cadentis oſcillat aquæ ſuperficies; ſed ſolam altitudinem ſuperficiei aquæ ſupra centra velocitatis luminum conſiderandam eſſe.

Corollarium VII.

Quidquid hucuſque oſtenſum eſt ſuppoſita cadente perpendiculari; oſtendetur eodem modo ſuppoſita cadente inclinata.

Corollarium VIII.

Itaque in Figura, & datis propoſitionis ſequentis; quoniam propter anguſtiam ſectionis D H aqua nequit effluere priſtina velocitate, & aqua retenta ſe ſe æquilibrat ad ſuperficiem manentem A X; altitudo B D imprimet velocitatem in 2 (ſupponatur 2 centrum velocitatis) majorem, quàm antea fuerit per deſcenſum A D; & conſequenter velocitas 2 facta ab altitudine 23, non erit retardata ob contactum, & confrictionem alvei ab A in D. *Fig. 33.*

Corollarium IX.

Et ſi horizontalis A X adæquaverit initium alvei præciſè; erit altitudo ſectionis D H ea, quam habuiſſet aqua, niſi ejus velocitas fuiſſet retardata (quod eſt converſum corollarii quarti) ſi verò horizontalis A X ſit infra horizontalem per initium alvei, erit altitudo D H major ea, quam exigeret velocitas integra; & è contra, ſi ſit A X ſupra horizontalem per initium alvei.

Prop. VII.

Si aquæ fluentis per canale inclinatum fuerit retardata velocitas, efficiens in ſectione datam altitudinem, & ſuperiùs obſtruatur ſectio, ita ut aqua excreſcat ad altitudinem manentem; velocitates aquæ diverſæ ita inter ſe proportionabuntur, ut ſint ad parabolam, cujus vertex punctum commune perpendicularis ſectionis ſurſum productæ, & ſuperficiei aquæ; axis verò eadem perpendicularis producta.

Sit canalis L D, per quem Aquæ fluentis velocitas retardata efficiat in ſectione D altitudinem D E; cujus pars ſuperior E H obſtruatur; & creſcente aqua ſit ejus ſuperficies manens A X. Dico, per reliquam ſectionem D H aquam ſic fluxuram, ut velocitates omnes ſint ad parabolam, cujus vertex X; axis verò D X. *Fig. 33.*

Quoniam enim eſt A X ſuperficies aquæ in eodem ſtatu manens, durante effluxu per ſectionem D H; & influxu per canale L A; erit A D X reſervatorium, cujus lumen D H, & ſuper-

Digitized by Google

ſuperficies aquæ ſemper in eadem altitudine manens A X durante influxu æquali per L A; ſed in reſervatoriis velocitates inter ſe ſunt in ſubduplicata ratione altitudinum aquæ ſuperincumbentis; ergo velocitas in D ad velocitatem in H, eſt in ſubduplicata ratione linearum B D, N H; ſed ut B D ad N H, ita D P ad P H; ergo velocitas in D ad velocitatem in H, ideſt D Y ad H 4 eſt in ſubduplicata ratione linearum DP, PH, & conſequenter erunt ad parabolam D X Y, cujus vertex X; axis verò D X; & erit ſpatium parabolicum D H 4 Y complexus velocitatum perpendicularis DH; Eodem enim pacto oſtendetur omnes velocitates perpendicularis D H terminate ad ſegmentum parabolicum Y 4. Quod &c.

Prop. prima 11. hujus.

Scholium.

Propoſitio ſexta eatenus oſtenſa eſt, ut auferretur ſcrupulus, quòd influxus per L A poſſet augere velocitatem aliquam in ſectione D H propter impetum cadentis L A; quod tamen falſum eſt, tum per ibidem demonſtrata; tum etiam ex eo, quòd impetus cadentis, & ſuperficies aquæ invicem æquilibrantur; hæc vero ſeptima in eum finem hic demonſtrata eſt, quoniam ex ea immediatè pendet aquæ fluentis menſura, quam nunc inquirimus; licèt aliunde poſſet tamquam corollarium deduci.

Corollarium.

Ex hac igitur propoſitione colligitur Regula univerſalis menſurandi aquas omnes fluentes in canalibus, ſive horizontalibus, ſive inclinatis; ſive ſolitariis, ſive quomodocumque unitis, etiam habito reſpectu ad retardationem velocitatis factam à quocumque impedimento uſque ad ſectionem; dummodo omnium perpendicularium ſectionis, in qua inſtituenda eſt menſura, æquales ſint, juxta ſenſum axiomatis primi hujus Tractatus, velocitates maximæ, mediæ, minimæ &c. Quare ſit.

REGULA GENERALIS.

Pro menſurandis Aquis quorumcumque fluminum.

Primò, ut aquæ velocitas ubique ſibi ſimilis ſit, eligatur ea fluminis ſectio, ut alveus ſupra & infra eam, quantùm fieri poteſt rectus ſit, id quod in magnis fluminibus inventu facile, in parvis verò non difficile factu.

II. Electo ſitu proportionato fluminis, ad tollendam irregularitatem, ſi adſit, ſectionis naturalis, illi aptetur ſectio artificialis, (ſeu, ut Caſtellus vocat, Regulator) ex lapide, vel lateribus, vel, quod facilius eſt, ſublicis conflata; cujus baſis AB ſit exactè horizontalis; latera vero, ſive ſpondæ A C, B D, perpendicularia, & in uno laterum v. g. B D notentur quælibet menſuræ uſuales cognitæ v. g. pedes, ulnæ &c. & in parte ſuperiori aptetur cataracta EG, quæ ita poſſit demitti, ut ſuperficies ejus inferior E F ſemper retineatur in ſitu horizontali; & per hanc ſectionem tota fluminis aqua fluere cogatur. *Fig. 36.*

III. Cum flumen in eodem ſtatu permanet, i.e. cum ejus ſuperficies non attollitur, neque deprimitur, demittatur cataracta infra ſuperficiem aquæ. Itaque per propoſitionem ſecundam, & ibidem notata, elevabitur Aquæ

V 3 ſuper-

ſuperficies uſque ad terminum ſtabilem, qui ſit ex gr. K L.

IV. Altitudo B K ſuperficiei aquæ ſupra fundum ſectionis artificialis FA obſervetur in latere B D, quæ, ut plurimùm, non multùm ſuperabit præcedentem aquæ altitudinem, tum propter parvam declivitatem, qua ſolent eſſe inclinati fluminum alvei, angulum inſenſibilem cum horizontali ſæpius efficientes; tum propter retardationem factam à pluribus impedimentis accidentalibus, cujuſmodi ſunt riparum, & fundi inæqualitas, earumdemque ad invicem inclinatio, tortuoſitates, & corroſſiones, quæ alvei rectitudinem tollunt; reciproca ſectionum anguſtia, & laxitas &c. quæ omnia maximo ſunt impedimento accelerationi motus; At ſi ob circumſtantias metui poſſet, ne aqua ob nimiam elevationem fluminis ripas, aut ageres ſuperaret, illi muniendi erunt, & pro exigentia elevandi.

His ſic factis, & obſervatis intelligatur axi B K deſcripta parabola B K H; & ordinatim applicatis B H. F I, inveniatur perpendicularis B F centrum velocitatis per prop. quintam ſecundi libri; facile enim ex natura parabolæ proportio F I, ad B H innoteſcet, cognitis per experimentum K B, K F. Sit ergo centrum velocitatis M; ductaque M N ſemiordinata; hæc erit media velocitas perpendicularis K B.

Si alveus ſit ſenſibiliter inclinatus, inquirenda erit inclinatio, ut ex ea per corollarium 3 propoſitionis 5 poſſit erui altitudo aquæ ſuperincumbentis centro velocitatis; qua cognita, vel per propoſitionem decimam ſecundi libri, vel beneficio peculiaris Tabulæ inveniatur ſpatium debitum velocitati: Hoc per F B perpendicularem multiplicetur, & productum ducatur in latitudinem ſectionis A B; & conſurgens numerus indicabit quantitatem menſurarum cubicarum aquæ ejus generis, ac eæ, quibus uſi fuerimus in his operationibus.

Demonſtratio veritatis hujus menſuræ pendet partim ex propoſitione antecedenti, partim ex corollario ſecundo propoſitionis 10. ſecundi libri; eſt enim menſura inventa ejus aquæ, quæ exit per ſectionem B L ſuperiùs obſtructam; ſed hæc eſt æqualis illi, quæ fluebat antea per ſectionem non obſtructam. ex demonſtratis in propoſitione tertia hujus libri; ergo & erit menſura quantitatis aquæ, quæ prius fluxerat per ſectionem non obſtructam, ideſt per quamlibet aliam ejuſdem fluminis ſectionem.

Scholium II.

Si unica non ſufficit cataracta plures apponendæ ſunt; in idem enim recidit, fluminis unicam, una vice, menſuram inſtituere, vel pluribus plures ſimul copulandas; ſicuti nihil intereſt in hoc caſu, an cataractarum ſingularum inferiores ſuperficies ad eandem ſint lineam horizontalem elevatæ; an verò diverſam; dummodo Aquæ idem ſemper ſit ſtatus, & ſingularum perpendicularium, quarum diverſa eſt longitudo diſtincta ratio habeatur.

Scholium III.

Inclinatio canalis facilè invenitur pluribus

pluribus uſualibus artificiis, præſertim vero ſequenti. Sit norma duplex contexta ex regulis A B D, C B ſibi ad angulum rectum inſiſtentibus in puncto B, cui ſit affixa alia regula E B G mobilis circa verticem anguli recti B, quæ in parte inferiori B G cuſpidem habeat, qua telluri poſſit infigi; ex altera verò parte B E æqualis ſit B C; & utraque dividatur ſimiliter in particulas æquales ad libitum; & alia regula habeatur, vel utrilibet ipſarum connexa in termino diviſionum v. g. puncto E, vel quod melius eſt, ſeparata, diviſa & ipſa in particulas conſimiles diviſionibus E B, B C. In flumine igitur, cujus quæritur inclinatio, regula B G fundo fluminis infigatur, donec A B D ſecundum longitudinem, & planum fundi exactè ſit diſpoſita: opportet autem ut dicta regula E B C ſit horizonti perpendicularis, quod pendulo poteſt explorari. His ſic ſtantibus, alia regula E C applicata docebit quanta ſit baſis E C trianguli E B C in partibus laterum E B, B C; qua cognita innoteſcet trigonometricè angulus E B C, qui erit inclinatio Canalis; etenim ducta per B horizontali H I; quoniam anguli E B I, C B D recti ſunt, ſi communis auferatur C B I, remanebit angulus E B C æqualis angulo I B D, inclinationi canalis.

Fig. 37.

Scholium IV.

Neque objiciendam huic methodo menſurandarum aquarum fluentium magnum impendium, & difficultas conficiendarum machinarum, quæ præparari debent; etenim reſpondendum erit, quod egregiè Caſtellus in hanc rem monet; magnorum videlicet fluminum menſuram magnorum etiam Principium mandata exigere, & ideas in actum ſæpius non deducendas, niſi magna urgente neceſſitate, & utilitate, quæ impendia minuunt. Præterea conſimilia machinamenta in omnibus ferè fluminibus repeṙiuntur, qualia ſunt Aquarum derivatoria, ſive ſepta tranſverſalia fluminum, ad aquas aliorſum deducendas, vulgo *Peſcaie*, ſeu *Chiuſe*; ſuper quorum plana ſuperiora horizontalia diſpoſitis ligneis columnis perpendiculariter inſiſtentibus cataractæ apponi poſſunt; & qualia, ſunt cataractæ verſatiles ad ſuſtinendam, & æquilibrandam canalium aquam fabrefactæ, vulgo *Soſtegni*, *ò Eſcluſe*, quæ integra ferè machina ſunt; aut pontes, quorum paraſtades ſpondas artificialis ſectionis æmulantur; & minimo negotio in uſum revocari poſſunt. Vidi ſæpiùs in fluminibus aqua turgentibus, & fornicum capacitate, quibus pontes conſtant, aquarum effluxui non ſufficiente, elevatam à parte ſuperiori aquæ libellam, donec exigita velocitate conciliata, fluminis aqua ſub pontis fornicibus præterflueret; quod etiam notat Caſtellus factum in Tyberis exundatione Anno 1598; qua licèt aquæ hinc inde ripas ſuperaſſent; totæ tamen ſub Pontibus Fabricio, & Cæſtio effluxerunt, quo in caſu non impoſſibile fuiſſet menſuram Tyberinæ aquæ in ſingulis perpendicularibus ſectionis inſtituere, ſuperiore pontis parte cataractarum vices ſubeunte.

Tan-

Tandem, ſi nulla adſit in flumine conſimilis machina, illamque ibidem fabricare difficile foret; ad minores fluvios influentes confugiendum eſt, quorum menſuræ ſingillatim acceptæ, & deinde invicem unitæ, integram fluminis majoris menſuram conſtituunt.

Scholium V.

Quoniam ſupra in Regula generali mentionem fecimus de Tabula, qua mediante ſpatia, cuilibet altitudini debita noſci poſſint, eam hic apponere debuiſſemus. Verum magis conſultum duximus eam ad finem Tractatus uſque differre; tum ut tempus ſuppetat eam quantum decet, extendendi, tum ut à libro ſejungi poſſit ad libitum ad uſus obvios.

LIBER QUINTUS,

In quo Variæ affectiones canalium horizontalium, perpendicularium, & inclinatorum ſolitariorum conſiderantur.

Propoſitio I.

SI beneficio canalis horizontalis aqua influat in aliquod ſtagnum, cujus ſuperficies manens; & effluat per alterum horizontale, æqualis latitudinis, & fundus uniuſque canalis ſit in eodem plano; erit etiam ſuperficies aquæ in utroque canali, & reſervatorio in eodem horizontali plano.

Fig. 38. Sit canale influens A B; ſtagnum vero D C, & canalis effluens C O; ſintque A B, C O in eodem plano horizontali; & altitudo aquæ canalis influentis ſit B F, & per F ducatur linea horizontalis E F G H, & ex C perpendicularis erigatur C G, quæ ſit altitudo aquæ in C. Dico horizontalem communem eſſe E H.

Prop. 9. *IIII. hujus.* Quoniam F G ſuperficies aquæ in ſtagno eſt manens, tantum aquæ influet, quantum effluet; quare cum æqualis ſupponatur latitudo utriuſque canalis in C, B; erit complexus velocitatum perpendicularis G C æqualis complexui velocitatum perpendicularis F B. Sit ergo ſi fieri poteſt minor altitudo G C, quam F B; ergo minor erit velocitas puncti C, quàm puncti B; ſit C I velocitas puncti C minor B K velocitate puncti B; & deſcribantur parabolæ æquales F B K, G C I, quæ erunt complexus velocitatum perpendicularium F B, G C. & quoniam C I minor eſt, quàm B H; fiat B L æqualis C I; & erecta M L perpendiculari, quæ ſecabit parabolam in M; ducatur per M ſemiordinata M N, quæ erit æqualis C I; & F N erit æqualis G C; & conſequenter parabola G C I congruet parabolæ F N M; ſed F N M minor eſt F B K; ergo etiam *Corol.* 2. *Prop.* 2. *hujus.*

etiam GCI minor erit FBK: ſunt autem, ut oſtenſum eſt FBK, GCI complexus velocitatum perpendicularium FB, GC; ergo complexus velocitatum perpendicularis FB major erit complexu velocitatum perpendicularis GC; ſed & æqualis, ut oſtenſum eſt, quod fieri non poteſt; Non ergo FB major eſt, quam GC. Similiter oſtendetur neque minor; ergo FB, GC, æquales erunt. Eadem ratione oſtendetur EA æqualis HO, & prædictis FB, GC; quare eadem horizontalis erit EFGH. Quod &c.

Corollarium I.

Sequitur hinc ſuperficiem canalium horizontalium eſſe planam, & æquidiſtantem fundo canalis, cum eadem eſt in omnibus ſectionibus latitudo.

Corollarium II.

Etſi ſectiones ſint inæquales, id ipſum verum erit, ſi ultimæ ſectionis latitudo aliarum minima ſit, aut minimæ æqualis; ad ejus enim altitudinem aliæ omnes diſponuntur, ſed in hoc caſu aliarum ſectionum latitudines non ſunt vivæ, aqua in partibus lateralibus ſtagnante, vel in vortices circumacta.

Scholium.

Quòd igitur in fluminibus etiam horizontalibus, ſuperficies aquæ prope exitum depreſſior ſit, quàm longe ab exitu, in cauſa eſt major ſectionum latitudo in primo caſu, quàm in ſecundo, quæ ſenſim augetur, quo magis aqua accedit ad exitum; & hoc utique ex neceſſitate Naturæ contingit; etenim cum aqua prope exitum, ſervata eadem latitudine, deberet cadere perpendiculariter, vel quaſi; ex nimio impetu ripas eam corrodere neceſſe eſt, & conſequenter etiam ſibi ita ſectiones proportionare, ut aquæ ſuperficies una ſit, quantum fieri poteſt; ſed de hoc alibi.

Corollarium III.

Pariter verificabitur propoſitio, ſi canalis influens ſit inclinatus, vel perpendicularis; in eo enim caſu FG, & GH erunt in eadem horizontali; diſponetur enim Aqua in reſervatorio, vel ſtagno ad talem altitudinem, qualis requiritur à quantitate aquæ influentis, & à latitudine emiſſarii, vel primæ ſectionis, quæ deinde continuabitur, ut oſtenſum eſt.

Corollarium IV.

Perinde ergo eſt, ſive canalis adſit influens qualiſcumque, ſive, nullo exiſtente canale, ſi aqua ſaliat à fundo reſervatorii BDC, quod in lacubus plerumque ſolet contingere.

Prop. II.

Data altitudine, quam habet Aqua in reſervatorio, v. g. ſtagno &c. ſupra fundum primæ ſectionis; invenire altitudinem, quam habet eadem Aqua in perpendiculari primæ ſectionis.

Hæc propoſitio ſupponit aquam ſtagnantem, aut ſaltem æquilibrem in aliquo reſervatorio; piſcina .v lacu, palude &c. & in reſervatorio

factum fuiſſe emiſſarium, vel incile æmulans ſectionem artificialem, cui applicatus ſit canalis inclinatus, de quo in ſuppoſitione ſecundi Libri.

Sit igitur A B altitudo, quam habet L S ſuperficies æquilibrata reſervatorii ſupra fundum ſectionis pri-
Fig. 39. mæ B. Oportet invenire altitudinem, quam faciet Aqua in perpendiculari primæ ſectionis B D.

Producantur L S, B D, donec concurrant in puncto C; & centro B intervallo B A deſcribatur arcus circuli A D ſecans B C in D, & circa C B deſcripta ſemiparabola B C E, ſumantur inter B C, D C duæ mediæ proportionales F, G; fiatque ut B C ad F, ita B E velocitas maxima ſectionis B ad H, & per H ducatur H N parallela B C, ſecans lineam parabolicam in N; eo quòd B H neceſſariò, quàm B E minor eſt; eſt enim B C major, quam D C; & per N ponatur N M parallela B E ſecans B C in M. Dico B M eſſe altitudinem quæſitam.

Quoniam enim punctum B ſectionis B M, habet velocitatem com-
Prop. 7. 11. hujus. petentem deſcenſui S B, ſive preſſioni, quæ ſit æqualis B A, & eandem haberet punctum B, ſi O B producta v. g. in P, efficeret à B in P canalem horizontalem; erit velocitas puncti B in utroq; caſu eadem. Quare ſumpta B E tamquam velocitate communi, axe B D deſcribatur parabola B D E ſecans B E in E. Quoniam igitur B D eſt æqualis B A, & B E velocitas puncti B; erit B D E parabola complexus velocitatum perpendicularis B D. Quia vero B C ad D C triplicatam habet rationem ejus, quæ eſt B C, ad F, & ut B C ad F, ita B E ad B H, ſive M N; erit proportio B C ad D C triplicata ejus, quæ eſt inter B E, M N; ſed in eadem proportione triplicata B E ad M N eſt parabola C B E ad parabolam C M N; ergo ut B C ad D C, ita parabola C B E ad parabolam C M N; & dividendo, *Greg. à*
ut ſpatium B M N E ad parabolam *S. Vinc.*
C M N, ita B D ad D C; ſed ut B D *Prop. 114.*
ad D C, ita parabola B D E ad *de parab.*
ſpatium C D E; ergo ut ſpatium B M N E ad parabolam C M N, ita *Idem*
parabola B D E ad ſpatium C D E; *ibid.*
& invertendo ut parabola C M N *Pro. 240.*
ad ſpatium B M N E, ita ſpatium C D E, ad parabolam D B E; & componendo ut parabola C M N una cum ſpatio B M N E, id eſt tota parabola C B E ad ſpatium B M N E, ita ſpatium C D E unà cum parabola D B E, id eſt tota parabola C B E ad parabolam D B E; & conſequenter erit ſpatium parabolicum B M N E, ſive complexus velocitatum altitudinis B M, æquale parabolæ B D E complexui velocitatum perpendicularis D B vel B A; ſed complexus velocitatum perpendicularis D B eſt aquæ exeuntis è reſervatorio per canale horizontale, per quod tantum effluat, quantum influit; ergò tantum etiam effluit per B M, quantum influit manente eadem horizontali S, ideoque erit B M altitudo quæſita. Quod &c.

Scholium.

Supponitur in reſervatorio ſuperficies aquæ manens, & influxus continuatus, ita ut effluens per canale horizontale faceret altitudinem B A, & eadem ſit canalis horizontalis, ac inclinati latitudo. Cæteroquin,

quin, ſi aqua reſervatorii eſſet ſtagnans, & nulla denuo ſuppeditaretur; altitudo eſſet quidem B M in principio fluxus, ſed ſenſim imminueretur, prout deſcenderet horizontalis L A; & id in qualibet emiſſariis latitudine; etenim ſi latitudo major eſſet latitudine canalis horizontalis effluentis, vel influentis; primò major aquæ copia exhauriretur, quàm influeret, & eadem eſſet altitudo BM, ſed ſuperficies non eſſet manens, & tantum deſcenderet, ut imminuto aquæ effluxu per canale S B H, tandem influxus, & effluxus æquarentur; & denuo eadem proportione reſponderet altitudo B M altitudini B A.

Scholium I.

Itaque, ſi B A ſupponatur radius; erit B C ſecans anguli inclinationis, quæ ſi è Tabulis, Trigonometricis eruatur, & inter ſecantem, & exceſſum ipſius ſupra radium inveniantur duæ mediæ proportionales; erit proportio ſecantis ad primam mediam, proportio velocitatum B E, M N, maximæ ſ. & minimæ primæ ſectionis: ſuppoſito enim, quòd B E ſit æqualis B C, erit M N ſecunda proportionalis, quæ proportio velocitatis maximæ ad minimam in prima ſectione, erit ſubtriplicata ejus, quam habet ſecans anguli inclinationis ad differentiam inter ipſam, & radium.

Corollarium II.

Et quoniam proportio B C, ſive B E ad C M eſt duplicata proportionis B E ad M N, & pariter proportio B C, ſive B E ad G eſt, ex conſtructione, duplicata ejus, quam habet B E ad M N; erit ut B E ad G, ita B E ad C M; erit ergo C M æqualis ſecundæ mediæ proportionali G, quare, ſi à tota ſecante B C auferatur C M; reliqua B M erit altitudo quæſita in partibus radii B D.

Appendix Geometrica.

Ex corollario præcedenti conſtat in Parabolis terminatis æquicurribus, .i. quarum diametri ſunt æquales maximis ſemiordinatis; ſi ducatur quælibet alia ſemiordinata; erunt maxima ſemiordinata, ſecunda ſemiordinata, & ſagitta ſecundæ ſemiordinatæ, in continua proportione; uti ſi in parabola A G H ſit diameter quæcumque G B, & ſemiordinata A B æqualis diametro B G; & ſumpto quolibet puncto E, ducatur E F ſemiordinata; erunt A B, E F, F G in continua proportione; eſt .n. proportio G B, ſive B A ad G F duplicata ejus, quam habet B A ad E F. *Fig. 40.*

Corollarium III.

Quare proportio, quam habet altitudo aquæ in reſervatorio ſupra fundum primæ ſectionis, ad altitudinem, quam habet in prima ſectione eſt ea, quam habet radius ad differentiam inter ſecantem anguli inclinationis, & ſecundam ex duabus mediis proportionalibus inter ipſam, & exceſſum ipſius ſupra radium.

Corollarium IV.

Et dictis patet, quomodo ex data

proportione inter velocitatem fundi, & velocitatem ſuperficiei in prima ſectione, manifeſtari poſſit angulus inclinationis canalis, cujus eſt prima ſectio, & ſi data ſit altitudo primæ ſectionis, inveniri poſſit altitudo aquæ in reſervatorio; Si enim ſit data proportio B E ad M N, velocitatis maximæ ad minimam; erit hæc ratio triplicata eadem, ac ſecantis anguli inclinationis ad differentiam inter ipſam, & radium; v. g. ſi B E, M N addatur tertia proportionalis, hæc erit M C; quibus ſi addatur quarta, hæc erit D C; quæ ablata à B E, quæ ſupponitur æqualis BC relinquet DB, cui æqualis eſt B A radius, per converſum Appendicis Geometricæ propoſitæ; quare ſi fiat, ut AB ad BC, ita 100000 ad aliam; hæc erit ſecans, quæ in Tabulis inventa oſtendet angulum A B C inclinationis, & ſi data ſit M B, dabitur etiam B A, etenim ratio B M ad B A illa eſt, per corollarium antecedens, quam habet differentia inter ſecantem, & ſecundam ex duabus mediis prædictis, ad radium. Alio etiam modo poterit inveniri altitudo B A per propoſitionem 6. lib. ſecundi, ejuſque corollarium tertium; ſed ibidem ſupponitur notus angulus inclinationis; ſecus autem in hoc corollario. *Fig. 39.*

Corollarium V.

Eadem eſt demonſtratio hujus propoſitionis, videlicet. *Data altitudine, quam habet aqua in canale horizontali, invenire altitudinem, quam haberet in canali quomodocumque inclinato*; etenim in canale horizontali velocitates terminant ad parabolicam lineam, cujus axis altitudo ſectionis, ſive altitudo aquæ ſupra fundum primæ ſectionis canalis inclinati; idcirco, quæ de reſervatorio dicta ſunt, & dicentur; eadem canali horizontali conveniunt.

Prop. III.

Aucta altitudine aquæ in reſervatorio, proportionaliter augetur etiam altitudo aquæ in prima ſectione.

Sit prima ſectio B, ſupra cujus fundum altitudo aquæ in reſervatorio ſit B O faciens in ſectione B altitudinem B I, & augeatur altitudo aquæ in reſervatorio uſque ad F, & ipſi correſpondeat in ſectione B, altitudo B E. Dico ut B O ad B F, ita eſſe B I ad B E. *Fig. 41.*

Quoniam enim ratio B O ad B F eadem eſt, ac radii ad differentiam inter ſecantem anguli inclinationis, & ſecundam ex duabus mediis inter ipſam, & differentiam ipſius ad radium, & eandem rationem habet B F ad B E; erit ut B F ad B E, ita B O ad B I, & permutando ut B F ad B O, ita B E ad B I; ſive ut B O ad B F, ita B I ad B E. Quod &c.

Scholium.

Advertendum, quòd punctum F non eſt in ſuperficie aquæ fluentis; etenim hæc ab A ad B, ſemper eſt infra A C, quæ ſumitur, tam in hac, quàm ſuperiori propoſitione pro horizontali per initium alvei, ſive pro ſuperficie reſervatorii æquilibrata, & continuata uſque ad C. Itaque cum dicimus, F B eſſe altitudinem Aquæ in

in reſervatorio ſupra ſectionem B, intelligimus eſſe diſtantiam horizontalis ſectionis B ab horizontali per initium alvei A; ſive perpendicularem A R.

Scholium I.

Hinc colligitur, quòd ſi primæ altitudines jungantur per lineam O I, & ipſis per F ducatur F E parallela, ſecans B C in E; erit B E ſecunda altitudo in ſectione B.

Corollarium II.

Itaque; quoniam dividendo, ut F O ad B O, ita I E ad I B, & permutando ut FO ad IE, ita BO ab IB; erunt etiam augmenta, & primæ altitudines, vel etiam ſecundæ inter ſe proportionales; & ulteriùs prima altitudo in reſervatorio ad ſuum augmentum, eandem habebit proportionem, quam ſecunda altitudo ad ſuum augmentum. &c.

Corollarium III.

Et quoniam quantitates aquæ in perpendicularibus B F, B O ſunt in triplicata ratione ejus, quæ eſt ſubduplicata inter eaſdem perpendiculares, ſunt autem ut B F, B O, ita BE, B I; ſequitur, quantitates aquæ per B F, B O, vel eiſdem æquales per B E, B I, eſſe inter ſe in ratione triplicata ejus, quæ eſt ſubduplicata inter B E, B I; quare ſi E H ponatur perpendicularis B E, & eidem æqualis; & vertice B, axe B E deſcribatur ſemiparabola æquicruris B H E, & per I ducatur ſemiordinata IG; erit ratio aquæ per BE ad aquam per BI triplicata rationis BE ad IG; eſt enim

Coroll. 2. p. 5. l. II. hujus.

G I media proportionalis inter H E, ſive B E, et B I per Appendicem Geometricam propoſitionis antecedentis; & ſi quarta ponatur B X, erit proportio aquæ per B E ad aquam per B I illa, quam habet E H, ſive B E ad B X.

Corollarium IV.

Hinc, ſi inter B E, B I, vel inter B F, B O nota ſit proportio, habebitur menſura proportionalis Aquæ auctæ, & non auctæ. Vide coroll. tertium prop. quintæ libri 3.

Corollarium V.

Quoniam verò complexus velocitatum diverſarum perpendicularium, ſive quantitates aquæ per ipſas, rationem habent compoſitam ex proportionibus altitudinis primæ ad ſecundam, & velocitatis mediæ primæ perpendicularis ad velocitatem mediam ſecundæ; poterit ex data aquarum, & altitudinum inter ſe proportione, inveniri etiam proportio velocitatum mediarum; ſi enim inter B E, B I inveniatur media proportionalis I G, & quarta addatur BX; erit proportio E B ad B X eadem, ac aquarum auctæ, & non auctæ; ſed proportio E B ad B I eſt proportio altitudinum; ergo proportio BI ad B X erit velocitatum mediarum; eſt enim proportio E B ad B X compoſita ex proportione E B ad B I, & B I ad B X prima altitudinum, ſecunda velocitatum.

Prop. 12. lib. 1. hujus.

Corollarium VI.

Cum igitur ratio BI ad BX eadem

X 3 ſit,

ſit, ac B E ad I G; ſequitur, proportionem velocitatum eſſe ſubtriplicatam proportionis aquarum, & ſimiliter ſubduplicatam altitudinum, & invertendo, proportionem aquarum eſſe triplicatam velocitatum mediarum, & proportionem altitudinum eſſe duplicatam mediarum velocitatum.

Corollarium VII.

Similiter, cum velocitas maxima perpendicularis B E ad velocitatem maximam in perpendicularis BI, ſit in ratione ſubduplicata BF ad BO, ſive B E ad B I, & in eadem ratione ſubduplicata ſint velocitates mediæ; ſequitur, velocitates maximas duarum perpendicularium primæ ſectionis, eſſe proportionales velocitatibus mediis earumdem perpendicularium.

Corollarium VIII.

Erit ergo ut velocitas maxima BK altitudinis B E ad velocitatem maximam BL altitudinis B I, ita velocitas media v. g. MN altitudinis B E, ad P Q velocitatem mediam altitudinis B I; & permutando, ut BK ad MN, ita BL ad PQ; ſed BK ad MN eſt in ratione ſubduplicata T B ad TM, ergo etiam proportio BL ad PQ erit ſubduplicata T B ad T M, ſed proportio B L ad PQ eſt ſubduplicata ejus, quam habet VB, ad VP; ergo, ut TB ad TM ita VB ad VP, & ut TM ad MB, ita V P ad P B; Quare puncta M, P. quæ ſupponuntur centra velocitatum, ſimiliter ſecabunt TB, VB; & conſequenter centra velocitatum duarum perpendicularium in prima ſectione ſimiliter ſecant axes parabolarum, quæ earum velocitatis ſunt menſura. *Fig. 42.*

Corollarium IX.

Quidquid oſtenſum eſt de augmento aquæ, valet proportionaliter de decremento, ut patet.

Scholium II.

Ex his apparet ſymbolizatio quædam inter ſectiones canalium horizontalium, & primam canalium inclinatorum; etenim in illis, æquè & in hac: Primò augmenta proportionaliter fiunt, & decrementa. Secundò quantitates aquæ inter ſe ſunt in ratione ſeſquialtera ejus, quæ eſt altitudinum. Tertio velocitates mediæ habent inter ſe proportionem ſubduplicatam altitudinum. Quarto velocitates mediæ, maximis ſunt proportionales, &c. Diverſificant tamen in pluribus; Nam in prima ſectione velocitatis centrum non eſt demerſum ad ⅔ altitudinis: & pariter ſecundò altitudines aquæ non ſimiliter ſecantur à centro. Tertio velocitates non terminant ad parabolam integram, ſed ad ſegmentum parabolæ; & complexus eſt ſpatium parabolicum, non parabola &c. ut in horizontalium canalium ſectionibus. Quod utique naturalis rerum convenientiæ proprium eſt; cum enim prima ſectio canalis inclinati medium ſit, quo canalis horizontalis inclinato adnectitur; congruum eſt, ut proprie- *Fig. 43.*

prietates utriuſque in ea uniantur; ipſaſque veluti ex æquo participet.

Prop. IV.

Si Aqua manans à reſervatorio, introducatur in canale inclinatum, faciens in ejus prima ſectione determinatam altitudinem; aquæ ſuperficies ſe ſe diſponet in planum ductum per initium canalis, & altitudinem primæ ſectionis.

E reſervatorio A E C fluat aqua per primam ſectionem C, cujus altitudo C D; ſit verò canalis inclinatus C N applicatus, qui intelligatur productus ſupra, uſque ad A, ſuperficiem aquæ. Dico, aquam reſervatorii ita fluxuram per canale A C, ut ejus ſuperficies ſit in recta A D.

Sumptis quibuslibet punctis inter A, & C v. g. K, G; erigantur ad A B horizontalem per initium alvei perpendiculares K I, G F, C O: & K M, G H perpendiculares A C.

Et quoniam C eſt prima ſectio,
Corol. 3. Prop. 2. hujus. ejuſque altitudo C D; erit proportio C D, ad C O, ea quam habet, differentia inter ſecantem, & ſecundam ex duabus mediis proportionalibus inventis inter ſecantem anguli, O C D, & radium, ad ipſum radium; ſed eandem proportionem habet G H ad G F; etenim anguli O C D, F G H ſunt æquales, & G eſt prima ſectio reſpectu aquæ ſuperioris P A; ergo ut C D ad C O, ita G H altitudo aquæ in G ad G F aquæ altitudinem in reſervatorio ſupra fundum primæ ſectionis G; Similiter, ut C D ad C O, ita eſſe oſtendetur K M ad K I, & permutando ut C D, G H, K M inter ſe, ita C O, G F, K I; ſed ut C O, G F, K I, ita A C, A G, A K; ergo ut A C, A G, A K, ita C D, G H, K M, & permutando ut A C, ad C D, ita A G, ad G H, & A K ad K M; ideoque puncta A, M, H, D ſunt in linea recta. Quod &c.

Corollarium.

Conſtat hinc, ſi augeatur Aqua in reſervatorio v. g. uſque ad T V, ita ut initium canalis ſit S, aquæ ſuperficiem diſponi ad rectam S R parallelam A D; quia cum ut C A ad A S, vel C O, ad O V, ita C D ad D R; erit per corol. 2. prop. antecedentis C R altitudo primæ ſectionis poſt augmentum; cumque Aqua diſponatur ad ſuperficiem S R, erit ſuperficies aquæ S R parallela A D, quoniam trianguli S C R latera proportionaliter ſecta ſunt.

Prop. V.

Data altitudine, ſub qua fluit aqua per canale horizontale, invenire altitudinem primæ ſectionis in canale perpendiculari, ſub qua eadem aqua poſſit fluere.

Sit canalis horizontalis A B, cujus altitudo B D, & ipſi applicatus ſit canalis perpendicularis B C ejuſdem latitudinis. Oportet invenire altitudinem, ſub qua aqua canalis horizontalis A B poſſit fluere per perpendicularem B C in ejus prima ſectione. Fig. 44.

Axe B D deſcribatur parabola æquicruris B D E; quæ erit complexus

Digitized by Google

plexus velocitatum perpendicularis DB; & inventa media velocitate FG, fiat ut BE ad FG, ita BD ad BH. Dico BH eſſe altitudinem quæſitam.

Quoniam enim velocitas media, qua fluit aqua per canale horizontale eſt FG, & velocitas, qua debet fluere per perpendiculare in prima ſectione BH eſt BE; qualis nempè convenit altitudini BD, & ſectiones BD, BH, quoniam æqualis latitudinis, inter ſe ſunt ut altitudines; erit proportio velocitatum BE, FG reciproca ſectionum BH, BD; æqualis ergo aquæ quantitas fluet per utramque ſectionem BD, BH; quare BH erit altitudo quæſita. Quod &c.

Corollarium I.

Quoniam BE eſt ſeſquialtera FG; etiam BD erit ſeſquialtera BH; ideoque duæ tertiæ partes altitudinis BD erunt altitudo BH.

Corollarium II.

Ducta ergo DH; quoniam FI eſt parallela BH, & BD eſt ſeſquitertia BH; erit etiam DF ſeſquitertia FI; & conſequenter aqua canalis horizontalis, cujus altitudo FD, faceret altitudinem FI in perpendiculari. Eadem ratione quælibet altitudines LD &c. canalis horizontalis faceſſerent in altitudines canalis perpendicularis, quarum omnium terminus in linea recta DH; & conſequenter reflexa aqua à directione horizontali ad perpendicularem, in medio tranſitu, ſe diſponet ſua ſuperficie ad lineam rectam connectentem utramque altitudinem, ut ſuperiori propoſitione oſtendimus in canalibus inclinatis.

Corollarium III.

Itaque in augmento aquæ in canale horizontali proportionaliter creſcet utraque altitudo BD, BH &c. Vide corol. prop. antecedentis, & notata in corollariis prop. tertiæ; ſymbolizat etenim utraque canalium ſpecies.

Corollarium IV.

Conſtat etiam proportionem perpendicularis in reſervatorio, vel canale horizontali, ad altitudinem in prima ſectione cujuſcumque canalis applicati, non poſſe excedere rationem ſeſquialteram.

Corollarium V.

Totum hoc verificatur, ſi in fundo canalis horizontalis perforetur lumen, vel ſectio, cujus latitudo cum canali communis; altitudo verò $\frac{2}{3}$ altitudinis Aquæ per canale horizontale fluentis; & idem valet de reſervatorio, cui ſit applicatus canalis horizontalis, ſi fundus ipſius ſit in eadem horizontali cum fundo canalis; in hoc enim ſi perforetur lumen in fundo, tantum aquæ exhauriet, quantum priùs fluebat per canale horizontale; ſi tamen fluxus per hoc impediatur.

Corol-

Corollarium VI.

Quòd ſi ſectio BH non eſſet ejuſdem latitudinis, ac BD, fiat ut latitudo ſectionis BH ad latitudinem ſectionis BD; ita altitudo BH inventa ad aliam, quæ erit altitudo ſectionis diverſam latitudinem habentis; fient enim hoc pacto duæ ſectiones æquales; ſunt autem & æquè veloces, quoniam eadem utriuſque velocitas BE; ergo æqualis aquæ quantitas fluet per utramque; tota videlicet ea, quæ per canale horizontale fluit ſub altitudine ED, ut oſtenſum eſt.

Corollarium VII.

Quoniam verò ſectiones æquè latæ, ſunt inter ſe, ut altitudines, & altitudines ſectionum canalis horizontalis, & primæ canalis perpendicularis; quarum eadem latitudo ſunt inter ſe in ratione ſeſquialtera; ſequitur ſectiones ſingulas canalis horizontalis ad ſectionem primam perpendicularis, eſſe in proportione ſeſquialtera, ſive eadem ſit latitudo, ſive non: ſive etiam ſi primæ ſint rectangulæ altera verò circularis, ellyptica &c.

Corollarium VIII.

Tandem, ſi ſectio prima canalis perpendicularis ſit minor expoſita, non tota aqua per ipſam poterit exhauriri; ſed ſi ſit impeditus ulterior fluxus per canalem horizontalem, creſcet in canale horizontali aquæ altitudo, donec tanta ſit, ut tota aqua per minorem ſectionem poſſit fluere. Quo in caſu aqua canalis horizontalis fiet, veluti aqua alicujus reſervatorii, cui tantum aquæ ſubminiſtretur, quantum exit. Si vero ſectio fuerit major expoſita, aqua non implebit totam ſectionem; ſed ſuperfluam relinquet inanem.

Scholium.

Libet hìc inquirere, quam altitudinem acquiret aqua in canale horizontali, ſi ſectio prima canalis perpendicularis minor ſit exigita; Fiat ut ſectio data minor ad exigitam, ita velocitas competens altitudini ſectionis in canale horizontale ad aliam, quæ applicata ordinatim ad parabolam D G E productam, dabit altitudinem neceſſariam, ut aqua per minorem ſectionem poſſit fluere; etenim, ut per diverſas ſectiones fluat eadem aqua; oportet, ut ſectiones, & velocitates reciprocè ſe habeant; inventa ergo velocitate, quæ debetur minori ſectioni, dabit hæc altitudinem, à qua pendet, quæ utique in parabola invenienda eſt. Eadem ratione data altitudine ad quam excrevit aqua, ut flueret per primam ſectionem canalis perpendicularis minorem exigita, unâ cum præcedenti altitudine canalis horizontalis, facilè invenitur proportio ſectionis minoris ad exigitam. Etenim quoniam datur utraque altitudo aquæ; dabitur etiam velocitatum proportio, quæ reciprocè ſumpta oſtendet proportionem ſectionis minoris ad exigitam; & ulterius; quoniam data

data ſectione canalis horizontalis, datur prima ſectio canalis perpendicularis, & hujus ad minorem datur proportio; dabitur etiam area minoris ſectionis.

Prop. VI.

Dato lumine rectangulo in fundo Vaſis, vel reſervatorii, & altitudine aquæ ſupra ipſum invenire altitudinem ſectionis canalis horizontalis, cujus latitudo unum latus luminis, per quam tota aqua erumpens è lumine fluere poſſit.

Sit in reſervatorio ACOD lumen & rectangulum contentum lateribus FG, FE, & ſuperficies aquæ manens ſit HI, cujus altitudo OI, vel FL. Oportet invenire altitudinem ſectionis in canale horizontali, cujus latitudo v. g. FG, per quam tota aqua erumpens è lumine EG, poſſit fluere.

Fig. 46.

Aſſumpta altitudine aquæ FL, tanquam axe; vertice L deſcribatur ſemiparabola, cujus maxima ſemiordinata ſit FP, ex qua, & FE fiat rectangulum EP; & dividatur parabola FLP; ita ut quam rationem ea habet ad rectangulum EP, eandem habeat ad parabolam abſciſam ad verticem IMK. Dico LM eſſe altitudinem, ſub qua fluet eadem aqua, quæ erumpit è lumine EG, in canale horizontali, cujus latitudo eadem, ac EG luminis.

Quoniam Canale, per quem debet fluere Aqua, ſupponitur horizontale; erit complexus velocitatum in qualibet perpendiculari, parabola, cujus axis altitudo aquæ; quare altitudinis LM in canale horizontali complexus velocitatum eſt LMK parabola, & MK velocitas maxima competens altitudini LM. Similiter quoniam FP eſt ſemiordinata in eadem parabola; erit FP velocitas puncti F, ideſt luminis EG: Sumpta ergo FG tanquam latitudine, & FE tanquam altitudine, erit EP rectangulum complexus velocitatum perpendicularis FE, & FP velocitas media ejus, quoniam ſingulorum punctorum in lumine horizontali eadem eſt velocitas; ſed complexus EP eſt æquale complexui MLK, quoniam ad utrumque parabola ELP eandem habet rationem; ergo complexus velocitatum tam perpendicularis ML, quàm FE æquales erunt; & conſequenter æqualis aquæ quantitas fluet per lineam EF, ac per perpendicularem LM; & cum latitudines ſint æquales, ideſt eadem FG; fluet etiam per lumen EG, & per ſectionem canalis horizontalis, cujus altitudo LM, latitudo FG, eadem, vel æqualis aquæ quantitas. Quod &c.

Corollarium I.

Eadem eſt ratio, ſi EF ſupponatur latitudo communis luminis, & ſectionis, & FG altitudo luminis, quo in caſu complexus velocitatum eſſet contentus ſub FP, FG.

Corollarium II.

Si libeat determinatam habere latitudinem ſectionis canalis horizontalis, quæ neutri laterum luminis FG, FE ſit æqualis; facilè tranſmutabitur altitudo LM in aliam

com-

Digitized by Google

competentem datæ latitudini per prop. 7. lib. 3.

Corollarium III.

Si data ſit altitudo, quam volumus habere aquam in canale horizontali, facilè invenietur latitudo ſectionis; etenim ſi datæ LM altitudinis inveniatur velocitas media MN, & quam rationem habet rectangulum LN ad rectangulum EG, eandem habeat reciprocè latitudo luminis ad aliam; hæc erit latitudo quæſita per prop. 15. lib. primi.

Corollarium IV.

Si igitur loco reſervatorii intelligatur canale horizontale, cujus altitudo excreverit ad ſuperficiem manentem propter defectum exigitæ ſectionis primæ in canale perpendiculari; poterit inveniri altitudo canalis prima ante incrementum; hæc enim illa eſt, ſub qua fluebat eadem aqua in canale horizontali, quæ nunc fluit per prima ſectionem canalis perpendicularis.

Corollarium V.

Si loco luminis in fundo reſervatorii, quod in propoſitione aſſumpſimus, aliud lumen ſubſtituamus perforatum in latere perpendiculari reſervatorii; idem omnino demonſtrabitur, ſi dati luminis centrum velocitatis inveniatur, ejuſque media velocitas; ex qua, & uno latere luminis fiat rectangulum analogum rectangulo EP.

Prop. VII.

Data altitudine aquæ in prima ſectione alicujus canalis inclinati in eodem ſtatu manentis, invenire altitudinem in reliquis ſectionibus inferioribus.

Sit canalis inclinatus AK, cujus *Fig. 45.* prima ſectio B, ejuſque altitudo BD. Oportet invenire altitudinem in alia ſectione inferiori C.

Productis enim BE, CI perpendicularibus ſectionum uſque ad horizontalem per initium alvei AI; deſcribantur circa ipſas, tamquam axes, parabolæ æquales BEG; CIK; & per D ducatur DF ſemiordinata.

Et quoniam DF eſt parallela BG; erit parabola EBG ad parabolam EDF in ratione triplicata BG ad DF; fiat ergo ut BG ad DF, ita MN, ad NO, & ipſis ponantur OP, PQ in continua proportione; ſitque NR æqualis PQ: Itaque erit ut MN ad PQ, ſive RN, ita parabola EBG ad parabolam EDF, & per converſionem rationis, ut MN, ad MR, ita parabola EBG ad ſpatium BDFG. Rurſus quoniam parabolæ EBG, ICK ſunt æquales; erunt in triplicata ratione BG ad CK; fiat ergo ut BG ad CK, ita MN ad MS, & ST, TV ponantur in eadem continua proportione; Itaque ut VT ad MN, ita parabola CIK ad parabolam BEG; ſed ut parabola BEG ad ſpatium BDFG, ita MN ad MR; ergo ex æquali, ut VT ad MR, ita parabola CIK ad ſpatium BDFG. Dividatur ergo parabola CIK, ita

ut, quam proportionem habet V T ad M R, candem habeat tota parabola C I K ad ſpatium C H L K; erit ergo ſpatium C H L K æquale ſpatio B D F G, quonian ad utrumque eadem eſt ratio parabolæ C I K, videlicet V T ad M R; ſunt autem ſpatia prædicta complexus velocitatum perpendicularium B D, C H; ergo complexus velocitatum, & conſequenter aquæ, per ipſas fluentes æquales erunt; ideoque erit altitudo C H illa, ſub qua eadem, vel æqualis aqua fluet in ſectione inferiori C, ac fluxerit per primam B ſub altitudine B D. Quod &c.

Schol. p. 6. lib. III. hujus.

Corollarium I.

Et quoniam, per prop. 2. data altitudine aquæ ſupra fundum primæ ſectionis in reſervatorio, datur altitudo primæ ſectionis, & ex hac datur altitudo in cæteris; plane conſtat, data altitudine aquæ ſupra fundum primæ ſectionis &c. dari altitudinem cujuſcumque ſectionis.

Corollarium II.

Ex contextu demonſtrationis patet, data altitudine, quam habet aqua in prima ſectione, dari etiam proportionem, quam habet parabola C I K ad complexum velocitatum C H L K.

Scholium I.

Proportio autem parabolæ E B G ad ſpatium D B F G manifeſta fit ex proportione, quam habet B G ad D F, quæ nota eſt per coroll. primum prop. ſecundæ. Si verò non fuerit nota propter deficientiam datorum ſecundæ propoſitionis; poterit inveniri altitudo axis B E per experimentum, qua cognita, & altitudine B D, ratio velocitatum B G, F D innoteſcet; & ulteriùs per pendulum, de quo in ſecundo libro; imo ex ſolo angulo inclinationis noto manifeſtatur, nam parabola E B G ad ſpatium D B G F ita ſe habet, ut ſecans anguli inclinationis ad radium, ut apparere poteſt ex ſequenti Scholio.

Scholium II.

Breviùs ſolvetur problema hujus propoſitionis, ſi dati anguli inclinationis inveniatur ſecans, & quam rationem habet B G ad C K, eandem habeat ſecans ad alium terminum, cui alii duo termini adjungantur in continua proportione; eritque proportio quarti termini ad radium ea, quam debet habere parabola I C K, ad ſpatium C H L K. Si enim B G ſupponatur æqualis BE; erit B G ſecans, D F ſecundus proportionalis, D E tertius, & quartus X E differentia inter ſecantem, & radium; & conſequenter X B erit radius; eſt autem proportio B E ad B X ea, quam habet parabola B E G ad parabolam B X G, ſive illi æquale ſpatium B D F G; quare cum parabolæ B E G ad ſpatium B D F G ea ſit, ex demonſtratis, proportio, quæ inter MN, M R; ſi M N ſupponatur ſecans, erit M R radius; & ſi M N, M S, T S, V T ponantur in continua proportione B G ad

ad CK; erit ratio VT ad MR radium ea, quam habet parabola ICK ad ſpatium BDFG, cui æquale debet eſſe ſpatium CHLK. Atque hinc apparet, proportionem parabolæ CIK ad ſpatium CHLK eſſe compoſitam ex triplicata velocitatis C ad velocitatem B, & ſecantis anguli inclinationis ad radium, ſive ex ſeſquialtera ejus, quæ eſt inter CI, BE, vel CA, BA, quæ eſt æqualis triplicatæ CK, BG, & ex proportione ſecantis ad radium.

Corollarium III.

Hinc data in qualibet ſectione altitudine aquæ, & invento axe parabolæ; quoniam datur proportio velocitatis maximæ, & minimæ, ſive fundi, & ſuperficiei; poterit methodo hujus propoſitionis inveniri altitudo cujuslibet alterius ſectionis ſuperioris, vel inferioris.

Corollarium IV.

Patet etiam converſum propoſitionis videlicet. ***Data altitudine aquæ in aliqua ſectione inferiore, altitudinem primæ invenire.*** Et ſimiliter, quia data altitudine aquæ in prima ſectione, datur etiam altitudo aquæ in reſervatorio ſupra fundum primæ ſectionis, etiam data altitudine aquæ in qualibet ſectione data, innoteſcet altitudo aquæ &c. in reſervatorio.

Corollarium V.

Sicuti evidens eſt, quomodo dato augmento aquæ in prima ſectione, & altitudine aquæ non auctæ ibidem, inveniri poſſit augmentum altitudinis in qualibet ſectione data; etenim ſi dabitur augmentum, & prima altitudo; dabitur & altitudo aquæ auctæ, ex qua invenietur altitudo aquæ in ſectione data; & quoniam data eſt altitudo minor in prima ſectione, inveniri poterit altitudo ipſi correſpondens in eadem inferiori ſectione; itaque in hac, data erit utraque altitudo aquæ auctæ, & non auctæ, quarum differentia erit augmentum; & conſequenter innoteſcet proportio altitudinis aquæ auctæ, & non auctæ. &c.

Prop. VIII.

Data altitudine, quam habet Aqua in aliqua ſectione canalis perpendicularis, invenire in reliquis ſectionibus ejuſdem canalis, altitudines, ſub quibus Aqua fluit.

Altitudo ſectionis in canale perpendiculari, eſt linea horizontalis menſurans altitudinem ſectionis, ſub qua aqua deſcendit; differt tamen canalis perpendicularis à cadente, ut ex ſequenti ſcholio fiet manifeſtum.

Sit igitur Canalis perpendicularis SX, per quem intelligatur aqua fluere, quod erit ſi in fundo reſervatorii NBML intelligatur ſectio, *Fig. 474.* vel lumen rectangulum in ſitu horizontali, à quo exeat aqua ſub altitudine manente SB, & ſit BM altitudo aquæ in ſectione B. Oportet invenire reliquarum ſectionum T, V, X altitudines.

Deſcribatur axe SX ſemiparabola SCE, & producatur MB in A; eritque BA ſemiordinata axi, cum ipſi

ipſi perpendicularis ſupponatur, & per T, V, X ponantur aliæ ſemiordinatæ TC, VD, XE; fiantque rectangula ABM, CTF, DVG, EXH æqualia, ſive, quod idem eſt, fiat ut CT, ad AB, ita BM ad TF; & ut DV ad CT, ita TF ad VG &c. Dico TF, VG &c. eſſe altitudines ſectionum quæſitas.

Quoniam enim deſcripta eſt parabola circa axem SX longitudinem canalis, & velocitates ſunt in ſubduplicata ratione altitudinum, erit BA velocitas ſectionis B; TC velocitas ſectionis T &c. ſunt autem hæ per conſtructionem reciprocæ altitudinibus ſectionum BM, TF; ergo quantitates aquæ per ipſas fluentes æquales erunt. Similiter oſtendetur VG, XH eſſe altitudines, ſub quibus fluit aqua, quę fluxerat per BM. Ergo eadem exiſtente canalis latitudine, altitudines quæſitæ erunt TF, VG &c. Quod &c.

Scholium I.

Oportet diſtinguere canalem perpendicularem à cadente; quia cadentis aqua ſenſim colligitur, juxta augmentum velocitatis, circa axim ductum per centrum gravitatis luminis, vel ſectionis, horizonti perpendicularem; in canalibus verò perpendicularibus, aqua fluens debet intelligi ſemper adhærere plano, ſive fundo canalis, quod naturaliter fit propter partium aquæ ad invicem adhærentiam; & etiam artificialiter, ſi nempe aqua cogatur fluere per tubum perpendicularem contentum tribus planis, quorum duo ſint latera canalis, tertium fundus; & ſuperficie curva, cujus genitrix conſimilis linea MFGH, de qua corollario primo ſequenti.

Scholium II.

Si loco vaſis, vel reſervatorii ſubſtituatur canalis horizontalis, à quo exiens aqua debeat fluere per canalem perpendicularem applicatum, hoc idem propemodum accidet, imo cum, ex prop. quinta, prima ſectio canalis perpendicularis ex nota altitudine in horizontali inveniatur; poterit etiam tubus perpendicularis canali horizontali applicari, quem aqua fluens continuò totum repleat.

Corollarium I.

Ex demonſtratis patet, puncta M, F, G, H, eſſe ad hyperboloidem curvam, cujus una ex aſymptotis ſit XS, & eidem ordinatæ BM, TF &c. ſint in proportione reciproca ſubduplicata ST, SB; quare ſi ad ſingula puncta canalis SX, applicentur ſemiordinatæ ad axim parabolæ; fiantque æqualia rectangula ex ſemiordinatis axi parabolæ, & ordinatis aſymptoto ſibi correſpondentibus; puncta extrema ſemiordinatarum aſymptoto deſignabunt dictam hyperboloidem, ad cujus normam ſe ipſam diſponet in ſuo fluxu ſuperficies aquæ: Hęc autem hyperboloides erit ſecunda in ordine, ducto initio ab hyperbola communi, in qua abſciſſæ à centro ſunt reciprocè, ut ordinatæ aſymptoto in ſimplici proportione; in hac autem reciprocè, ut ordinatæ aſymptoto in proportione duplicata.

Corolla-

Corollarium II.

Quidquid oſtenſum eſt in canali perpendiculari, valet etiam in inclinato, ſi æqualis ſit ad ſenſum velocitas ſuperficiei, & fundi propter maximam ab initio diſtantiam; vel propter maximam inclinationem; vel propter parvam altitudinem ſectionum proportionaliter ad inclinationem; vel propter impedimenta, velocitas inter ſe æquantia, ut in coroll. & ſchol. prop. 5. lib. 2. notavimus. Eadem enim erit, ac deſcripta, ſuperficies aquæ, cujus ſoliditatis fruſtum, cilindricum efformabit, cujus baſis ex tribus rectis lineis, (longitudine videlicet canalis inter duas ſectiones, & utraque perpendiculari ſectionum aſſumptarum) & dicta hyperboloide continebitur; Cæteroquin, ſi tota aquæ fluentis figura conſideretur; erit hujus baſis trilineum infinitum; ſpatium .v. inter aſymptotam, hyperboloidem, & altitudinem primæ ſectionis altitudo verò ipſa canalis latitudo. Quæ aquæ figura ſemper magis alterabitur, quò major erit ratio velocitatum ſuperficiei, & fundi.

Corollarium III.

In eadem ſuppoſitione, ſi ripæ canalis ejuſdem, fundo perpendiculares progrederentur ſecundùm normam hyperboloidis prædictæ; ita ut punctum S eſſet commune centrum duarum hyperboloidum ſimul, & initium canalis; & aſymptotos dirigeretur per medium ejuſdem canalis; ita ut utrique hyperboloidi eſſet communis, & I M eſſet latitudo primæ ſectionis; eſſent altitudines ſingularum ſectionum æquales; eſſent enim ſectiones æqualis altitudinis, inter ſe ut latitudines; ſed latitudines B M, T F, ſive earum duplæ I M, O F, ſunt in ratione reciproca ſubduplicata linearum S T, S B, & in eadem ſubduplicata ratione ſunt velocitates; ergo cum ſectiones velocitatibus ſint reciprocæ, æqualis aquæ quantitas per ipſas tranſibit, & conſequenter, ſi quis vellet in caſu prędicto eandem canalis altitudinem ubique ſectionum retinere; oporteret, ut ripas canalis produceret ſecundum hyperboloidem dictam.

Scholium III.

Itaque, quoniam puncti S nulla eſt velocitas; conſtat, alteram ex aſymptotis eſſe S L; cum enim rectangula ex lineis velocitatum, & altitudinum, ſive latitudinum canalis, debeant eſſe æqualia, & linea velocitatis in S nulla ſit; ſequitur altitudinem, ſive latitudinem ſectionis S (in ſuppoſito, quòd eadem aquæ quantitas fluerete poſſit per S, nulla velocitate, ac per B determinata velocitate) debere eſſe infinitam, & conſequenter nuſquam occurrere hyperboloidi: Quod tamen eſſe nequit; quia in principio canalis, quod unicum eſt punctum, nulla aquæ quantitas ſubminiſtrari poteſt; unde infinita ſectionis altitudo præcaveretur.

Corollarium IV.

Ex ſupradictis patet, ſi latitudines.

nes ſectionem in canalibus inclinatis &c. ſint æquales, eſſe earundem altitudines inter ſe reciprocè in ſubduplicata ratione diſtantiarum ab initio alvei; ſi verò altitudines ſupponantur æquales, eſſe latitudines in eadem proportione.

Corollarium V.

Similiter altitudines ſectionum in uno canali inclinato, aut perpendiculari, eſſe proportionales altitudinibus ſectionum in altero canali inclinato quomodolibet, ſive perpendiculari, ſi ſectiones ſimiles inter ſe comparentur; & æqualis ſit utriuſque canalis ubique latitudo.

Corollarium VI.

Hinc, ſi idem canalis magis, aut minùs inclinetur; altitudines datarum ſectionum erunt ſibi invicem proportionales in utraque, & quacunque inclinatione.

Prop. IX.

Data una ſectione alicujus cadentis perpendicularis, & diſtantia ejus ab initio, invenire reliquas ſectiones ejuſdem.

Sit propoſita cadens IQHM, cujus axis SX perpendicularis horizonti, & initium S; & data ſectio, cujus diameter IM. Oportet invenire reliquas ſectiones T, V, X. &c.

Fig. 47.

Axi SX deſcribatur ſemiparabola SAE; & reliqua conſtruantur, ut in ſuperiori propoſitione; ſed ut CT ad AB, ita fiat quadratum IM ad quadratum OF, ſive quadratum BM ad quadratum TF; & ut DV ad CT, ita quadratum TF ad quadratum VG: & eodem pacto inveniatur XH &c. Dico BM, TF, VG, XH eſſe ſemidiametros ſectionum B, T, V, X.

Quoniam enim, per ſcholia ſequentia, omnes ſectiones parallelæ alicujus cadentis inter ſe ſunt ſimiles; erunt inter ſe, ut quadrata ſemidiametrorum à centro; quare ut quadratum BM ad quadratum TF, ita ſectio IM, ad ſectionem OF; ſed ut quadratum BM ad quadratum TF, ita reciprocè velocitas CT ad velocitatem AB; ergo ut ſectio IM ad ſectionem OF, ita velocitas CT ſectionis OF ad velocitatem AB ſectionis IM; fluet ergo eadem aqua per ſectionem IM, ac per ſectionem OF. Similiter oſtendetur per ſectiones PG, QH &c. eandem aquæ quantitatem fluere, & conſequenter ſectiones PG, QH eſſe ſectiones cadentis quæſitas.

Scholium.

Licèt cadens perpendicularis de ſui natura conicum corpus æmulari deberet, cujus baſis prima ſectio, quæcunque fuerit figuræ; apex verò centrum commune omnium gravium, quod tamen in magna diſtantia inſenſibiliter à cilindrico deficeret; adhuc tamen; quia propter augmentum velocitatis guttæ aquæ intra cilindrici ſoliditatem ab invicem ſeparati deberent urgente aëris preſſione externa, & concurrente partium adhæſione, quam viſciditatem vocant, cilindricus comprimitur verſùs

verſùs lineam perpendicularem, quæ axis ejus eſt; ita ut aliud corpus conoideum fiat, ſua natura, infinitum; degenerans tamen (cum deventum fuerit ad motus æquabilitatem, & velocitas eadem perſeveraverit) in cilindricum, cujus axis idem directè protenſus ad centrum gravium. Atque hoc verum eſt detracta ea aëris inferioris reſiſtentia; qua fit, ut conciliato magno impetu cadenti, citiùs, vel tardiùs pro ejus majori, vel minori diametro, in partes primò majores, deinde etiam in tenuiſſimum rorem diſpergatur. Nos verò, cum loquimur de cadente, hoc ultimum impedimentum præſcindimus, retinentes aquæ confluxum ad axem; ſeu ſi fiat vas tale, cujus orificium ſuperiùs congruat primæ ſectioni cadentis, & circa axem ipſius cadentis, effictum; intelligimus quærere in hoc vaſe ſectiones tales, quas aqua cadens, videl. fluens tota velocitate, quæ ſuo caſui eſt debita, præcisè impleat ſine exceſſu, aut defectu. Hoc poſito oſtendam, Aquam ita confluere ad axim, ut quam rationem habet diſtantia unius puncti in circumferentia luminis à puncto intra ipſum, quod tangit axis, ad diſtantiam alterius puncti ab eodem puncto axis, eandem habeat in qualibet ſectione inferiori diſtantia aquæ ipſi correſpondentis ab axe, ad diſtantiam aquæ correſpondentis ſecundo puncto ab eodem axe. Sit v.g. A punctum, ad quod terminat axis; puncta verò C, D in circumferentia luminis GDHC, Axis AB; & deſcendat

Fig. 48. Aqua à C in E, & à D in F; & ſint FB, BE in eodem plano horizontali. Dico eandem fore rationem DA ad AC, ac FB ad BE. Quoniam enim Aqua tota linea AC deſcendit in BE; oportet, ut eadem ſit ratio AC ad BE, ac velocitatis in B ad velocitatem in A. Similiter, quoniam aqua exiſtens in linea DA deſcendit in FB; erit etiam ut DA ad FB, ita velocitas in B ad velocitatem in A; erit ergo ut AC ad BE, ita AD ad FB, & permutando ut AC ad AD, ita EB ad FB.

Hoc demonſtrato oſtendam etiam, lumen GDHC eſſe ſimile ſectioni IFKE. Quoniam enim Aqua ex AC tranſiens in BE confluit ad axim AB; erunt AC, AB, BE in eodem plano, deſcendit enim AC ſemper ſibi parallela, & in eodem plano verticali; quare cum lumen, & ſectio ſint horizontales, erunt AC, BE communes ſectiones planorum horizontalium (& conſequenter parallelorum) cum verticali, inter ſe parallelæ; eadem ratione parallelæ erunt GA, BI, & DA, FB &c. quare anguli GAC, IBE æquales erunt, ſunt autem, ut oſtenſum eſt, GA, AC proportionales rectis IB, BE; ergo triangula GAC, IBE ſimilia erunt. Eadem ratione GAD, IBF &c. oſtendentur ſimilia; & conſequenter poligonum GDHC erit ſimile, & ſimiliter poſitum poligono IFKE; Quare poligonum GDHC ad poligonum IFKE erit in ſubduplicata ratione laterum homologorum, ut aſſumpſimus in antecacta propoſitione.

Scholium II.

Punctum A eſt centrum gravitatis luminis GDHC, & punctum B

 cen-

centrum gravitatis ſectionis IFKE; quoniam cum utraque deſcendant verſus centrum terræ, neceſſe eſt, ita deſcendant, ut centra gravitatis ſint in linea tendente ad centrum gravium; quare axis cadentis erit linea, quæ per centrum gravitatis luminis ad centrum gravium dirigitur; Cum itaque in multis figuris centrum gravitatis, & magnitudinis idem ſit, in his evidens eſt axim cadentis tranſire per centrum figurarum, ut in Circulo, Ellypſi, Parallelogrammo &c. ſi talis figuræ ſit Lumen, vel prima ſectio.

Scholium III.

Quare ſi quælibet cadens planis alicui ſectioni paralleli ſecetur, fient omnes ſectiones inter ſe ſimiles, & ſimiliter poſitæ; & cum ad æquabilitatem pervenerit velocitas cadentis, etiam inter ſe æquales.

Corollarium I.

Ex demonſtratione propoſitionis Fig. 47. ſequitur, lineam curvam conjungentem puncta MFGH eſſe unam ex hyperboloidibus infinitis, in qua videlicet ordinatæ aſymptoto ſunt inter ſe in proportione reciproca ſubquadruplicata abſciſſarum à centro; etenim, cum ut quadratum BM ad quadratum TF, ita ſit CT ad AB; erit proportio lineæ BM ad TF ſubduplicata proportionis CT ad AB; ſed proportio CT ad AB eſt ſubduplicata ejus, quam habet ST ad SB; ergo proportio BM ad TF eſt ſubquadruplicata ejus, quæ eſt inter ST, & SB; ſive proportio ST ad SB; ideſt abſciſſarum à centro quadruplicata proportionis BM ad TF; ejus videl. quam habent ordinatim ad ipſam applicatæ BM, TF reciprocè; Hæc igitur hyperboloides erit quarta in ordine initio ducto ab ea, quæ è cono educitur, ut innuimus coroll. primo prop. antecedentis.

Corollarium II.

Hinc oritur SX eſſe aſymptotam, & S centrum prædictæ hyperboloidis, per quod ſi recta ST ducatur ad angulos rectos aſympoto, hæc erit altera aſymptoros; etenim cum in S nulla ſit velocitas; ſequitur, altitudinem ſectionis S fore infinitam, & conſequenter continuatam hyperboloidem ipſam nuſquam tangere.

Corollarium III.

In numeris ergo; ſit ut SB ad ST, ita fiat quadrato quadratum TF ad aliud; erit hujus radix quadratoquadrata diſtantia extremæ aquæ ab axe cadentis; ſive diſtantia cadentis à centro gravitatis ſectionis; & idem eveniet, ſi diameter integra ſectionis OF, pro TF aſſumatur; invenientur enim diametri analogæ ſectionum; & continuando proportionem, conſimiles omnes diſtantiæ, aut diametri invenientur.

Corollarium IV.

Si lumen IM ſit circulare, ex revolutione figuræ BMHX circa axem manentem BX, deſcribetur ſolidum cadentis, & vas, quod ipſam præciſè contineret poſſit.

Corol-

Corollarium V.

At ſi lumen non ſit circulare, ſed ſaltem talis figuræ, ut omnes lineæ per centrum gravitatis ductæ bifariam dividantur, ut Ellypſis, & parallelogramma &c. erunt hyperboloidum oppoſitarum æquales diametri tranſverſæ; ſi vero inæquales ſint lineæ à centro gravitatis ductæ ad circumferentiam luminis, ut in triangulo æquilatero &c. omnium quidem hyperboloidum idem centrum erit; ſublimitas, videlicet, cadentis; ſed diametri tranſverſæ inæquales; quod cuilibet in conicis ſectionibus verſato patere poteſt.

Corollarium VI.

Data ergo duarum ſectionum ratione, & earum ab invicem diſtantia, poterit inveniri altitudo cadentis; ut ſi detur proportio ſectionis I M ad ſectionem O F, & diſtantia B T, ſufficit axi T B applicare perpendiculares B A, T C, quæ inter ſe ſint reciprocè, ut ſectiones, & deſcribere parabolam per puncta C, A circa axem B T productum in S, cujus vertex S erit ſimul, & centrum hyperboloidis prædictæ, & initium cadentis. Quod etiam proportionaliter valet in caſu propoſitionis antecedentis; ſicuti multa ibidem notata huc proportionaliter referenda ſunt.

Prop. X.

In data ſectione canalis inclinati, per quod aquæ fluentis velocitas fuerit retardata, invenire proportionem, quam habet velocitas integra media, ad velocitatem mediam retardatam.

Sit canalis inclinatus A P, in quo ſectio B, cujus altitudo B E, ſitque retardata velocitas ab A in L. Oportet invenire proportionem, quam habet velocitas media integra ſectionis BE ad velocitatem mediam retardatam ejuſdem ſectionis B E. *Fig. 49.*

Obſtruatur ſectio B ſupra B F, v. g. demittatur cataracta KE ita ut ejus pars inferior E congruat ſuperficiei aquæ; & adhuc magis retardata velocitate ſectionis B E, juxta ſenſum propoſitionis quartæ lib. IV. obſervetur ad quam altitudinem excreſcat aqua; ſitque B M, & ſuperficies manens H I. *Fig. 49.*

Itaque; quoniam ſub altitudine B M eadem quantitas aquæ fluit per ſectionem B E, quæ prius fluebat per eandem, ante ulteriùs retardatam velocitatem; eâdem reſtituta, erit velocitas media, quæ priùs Deſcripta igitur parabola B I Q circa axim B I; erit B E P Q complexus velocitatum perpendicularis B E, cujus media velocitas inveniatur B D; & tam complexus, quàm velocitas media erit aquæ fluentis per B E, velocitate retardata. Similiter circa axem K B deſcribatur parabola prædictæ parallela K B C, & productis E P, B D, fiet complexus velocitatum B E S C, debitus velocitati integræ perpendicularis B E; hujuſque media velocitas inveniatur B N; Itaque quoniam parabolæ B I Q, B C K, ſunt parallelæ; erunt B N, B D proportionales velocitatibus mediis; ergo, quam rationem habet B N ad BD, eandem habet velocitas media integra perpendicularis B E ad *p. 2. lib. IV. hujus*

 veloci-

velocitatem mediam retardatam ejuſdem perpendicularis. Quod &c.

Corollarium I.

Hinc patet, proportionem BD ad DN eſſe eam, quam habet velocitas retardata ad deperditam, & è contra: Sicuti proportionem BN ad DN eſſe eam, quam habet integra velocitas ad deperditam.

Corollarium II.

Deſcriptis ergo ſuper BD, BN, rectangulis in altitudine communi BE, videlicet BR, BO; erunt hæc complexus velocitatum integratum, & reſiduarum: quare complexus integer velocitatum ad complexum reſiduum, proportionem habebit eam, quam rectangulum BO ad rectangulum BR; ideſt velocitatis mediæ integræ BN ad reſiduam, vel retardatam BD &c. & idem repetatur de complexibus velocitatum totius ſectionis.

Corollarium III.

Ex ſupra expoſitis proportionibus, & ex menſura aquæ, reſidua velocitate fluentis, habita per regulam generalem prop. ultimæ lib. IV, facilè innoreſcet menſura aquæ, quæ fluere poſſet per ſectionem, niſi retardata fuiſſet velocitas; & ſimiliter menſura aquæ non fluxæ, quæ tamen fluere potuiſſet per eandem ſectionem præciſa retardatione; hæ enim quantitates aquæ ſunt proportionales velocitatibus mediis prædictis, quarum ſi una cognita ſit in menſura abſoluta, & determinata; & reliquæ in eadem menſura manifeſtantur.

Scholium.

Retardatio Aquæ in ſectione obſtructa ſupra aquæ ſuperficiem, haberi poteſt multipliciter, appoſito quocunque impedimento ante ſectionem, quod, ſi ſectionem anguſtet, facta elevatione aquæ removendum eſt, & permittendum, ut aquæ ſuperficies denuo quieſcat; deſcendet enim nonnihil propter redditam ſectioni amplitudinem. Et ſi per demiſſionem cataractæ infra aquæ ſuperficiem aqua excreverit ad ſuperficiem manentem, ea denuo tantundem attollenda, ut priſtino ſitui reſtituatur. & obſervanda altitudo, ad quam ſe ſiſtet aqua denuo deſcendens.

Prop. XI.

Data proportione, quam habet velocitas retardata media ad velocitatem integram mediam, & altitudine, quam habet aqua fluens velocitate retardata in data ſectione; reperire altitudinem in eadem ſectione, ſub qua flueret eadem aqua velocitate integra.

Sit proportio velocitatis reſiduæ ad integram ea, quam habet BD ad BN, & altitudo aquæ fluentis velocitate media BD in ſectione B, ſit BE. Oportet invenire altitudinem quam faceret eadem aqua fluens velocitate integra in eadem ſectione. *Fig. 49.*

Fiat ut BN ad BD, ita BE ad aliam, v. g. BF. Dico BF eſſe altitudinem

quæ-

quæſitam. Quoniam enim reciprocæ ſunt altitudines ſectionum, & velocitates mediæ, & ut altitudines ſectionum, ita ſunt ſectiones ipſæ, cum ejuſdem ſint latitudinis; erunt velocitates mediæ ſectionibus reciprocæ; Quare quantitas aquæ exiens per ſectionem B altitudine B E, & velocitate B D media, æqualis erit quantitati aquæ exeunti per eandem ſectionem B altitudine B F, & velocitate B N; ſed B N eſt velocitas integra, & B D velocitas retardata; ergo per ſectionem B altitudine B E, & velocitate retardata, fluet quantitas aquæ æqualis ei, quæ fluere poteſt per eandem ſectionem altitudine B F, & velocitate integra; Eſt ergo altitudo B F ea, quam efficeret aqua canalis A B fluens integra velocitate. Quod &c.

Corollarium I.

Idem problema ſolvitur, ſi detur proportio velocitatis integræ ad velocitatem deperditam, vel velocitatis reſiduæ ad deperditam; ex his enim facillimè colligitur proportio velocitatis reſiduæ ad integram.

Corollarium II.

Patet etiam converſum problematis, videlicet. Quod ſi daretur alia methodo altitudo ſectionis, quando aqua fluit velocitate retardata; & altitudo ſectionis, quando eadem aqua fluit velocitate integra, aut ſaltem earumdem proportio; daretur etiam proportio velocitatis integræ, & retardatæ.

LIBER SEXTUS.

In quo artificium, & fundamentum diſtributionis proportionalis Aquarum erogatarum ex Aquæductibus, ſeu Canalibus & Reſervatoriis, proponitur.

Propoſitio I.

IN canale horizontali, cujus latitudo ubique eadem, ſi augeatur aqua; quam proportionem habet altitudo aquæ auctæ ad non auctam in una ſectione, eandem habet in omnibus.

Sit canalis horizontalis A B, cujus omnes ſectiones æqualis ſint latitudinis, & ſit ejus ſuperficies F E, quæ, per novæ aquæ additionem, intelligatur elevari uſque in C D. Fig. 1. Dico, quam proportionem habet altitudo A F, aquæ non auctæ ad altitudinem A C aquæ auctæ in ſectione A, eandem habere in altera ſectione B, altitudinem aquæ non auctæ B E ad altitudinem auctæ B D.

Quoniam enim A B eſt canalis horizontalis; erit ſuperficies F E, per coroll. primum propoſ. primæ lib. V. parallela fundo A B; ſed

Digitized by Google

ſed etiam CD ſuperficies ob eandem rationem æquidiſtat fundo AB; ergo tres rectæ BA, EF, DC parallelæ erunt; ſunt autem & parallelæ AC, BD; ergo ut FC ad AF, ita DE ad EB, & componendo, ut CA ad AF, ita DB ad BE, & invertendo, ut AF ad CA, ita BE ad BD, Quod &c.

Scholium.

Si canali horizontali applicetur canale inclinatum, v. g. ſi canali AB horizontali applicetur BI inclinatum; ejus pars GB non conſideratur, tanquam canalis horizontalis; ſed tanquam medium inter canalem horizontalem, & inclinatum; etenim, cum H fiat initium canalis inclinati; aqua inter H, & B deprimetur, & faciet ſuperficiem HB humiliorem HC, ut aliàs oſtendimus.

Scholium II.

Itaque; quoniam fieri poteſt, ut canali, cujus fundus horizontalis, applicetur alius canalis, adeo modicè inclinatus, ut ejus initium congruat cum prima altitudine canalis, juxta fundum horizontalis: hic propriè loquendo canalis horizontalis non erit; ſed medium quid inter horizontalem, & inclinatum, cum canalis horizontalis verus is eſſe debeat, ut nullam habeat communionem cum canali alterius generis.

Scholium III.

Hinc, ſi loco canalis horizontalis nullus alius ſubſtituatur, ſed aqua liberè poſſit cadere; hujuſmodi canalis, licèt fundum habeat horizontaliter poſitum; non tamen præcisè leges exequitur canalium horizontalium; Cum etenim cadens à prædicto canali deſcribat lineam parabolicam, ex iis, quæ demonſtrata ſunt à ſubtiliſſimo Torricellio; evidens eſt aquam cadentem infinitas ſubire canalium inclinationes, prout ejus figuræ, ſunt infinitæ tangentes; ideoque canalem, qui pro horizontali habetur, communionem habere cum infinitis canalibus inclinatis; & conſequenter omnium proprietates identidem, & ſucceſſivè participare.

Scholium IV.

Quoniam tamen, quo minor eſt canalis applicati inclinatio, eo etiam ſemper minor eſt differentia inter altitudinem in prima ſectione canalis inclinati, & altitudinem in horizontali; hinc, in parva inclinatione canalis applicati, fieri poteſt, inſenſibilem eſſe utriuſque altitudinis differentiam, nec ullo ſenſu perceptibilem; ideoque etiam phyſicè tanquam æqualem ſumi poſſe, & canalem impropriè horizontalem, tanquam verè talem poſſe conſiderari.

Scholium V.

Si canalis hujuſmodi horizontalis diverſa ſit latitudo, ſufficit ultimam ſectionem ita coarctare, ut cæterarum minima ſit, vel ſaltem minima non minor, ut per coroll. 2. prop. 5. lib. 5. eadem ubique ſit altitudo.

Prop.

Digitized by Google

Prop. II.

Si per lumen in ſponda canalis horizontalis inſculptum, cujus eadem ubiquè latitudo, derivetur à canale aqua; infra lumen deprimetur Aquæ ſuperficies: ſed, ſi data ſit proportio aquæ derivatæ ad aquam totam canalis, & reſtringatur ſectio infra lumen, ita ut, quam rationem habet Aqua tota ad aquam reſiduam in canale, eandem habeat latitudo viva ſectionis è regione luminis, vel ſupra lumen, ad ſimilem latitudinem ſectionis inferioris; eadem pariter in utraque ſectione erit Aquæ altitudo.

Fig. 51. Sit fundus canalis horizontalis A B C D, per quem fluat aqua in eodem ſtatu manens, ejuſque latera A C, B D ſint parallela, & per lumen G F derivetur quælibet aquæ portio. Dico, fore ut ſuperficies aquæ infra F deprimatur: at ſi coarctetur ſectio E F, ita ut, quam proportionem habet Aqua tranſiens per ſectionem A B ad aquam, quæ tranſire debet per ſectionem E F, eandem habeat latitudo A B ad latitudinem H F. Dico, eandem fore, tam in A B, quàm in H F altitudinem; & ſi per lumen aliud I L derivetur alia aquæ portio, & ita reſtringatur ſectio M L, ut quam rationem habet Aqua per A B ad aquam per N L, ita ſit A B ad N L. Dico, in A B, N L eandem fore altitudinem.

Ducatur enim H O parallela longitudini canalis B D, ſecans A B in O; Et quoniam O B eſt æqualis H F; erit ratio A B ad H F eadem, ac A B ad O B; ſed ut A B ad H F, ita aqua per A B ad aquam reſiduam H F; ergo ut A B ad O B, ita aqua per A B ad aquam per H F; ſed ut A B ad O B, ita aqua per A B ad aquam per O B; ergo ut aqua per A B ad aquam per O B, ita aqua per A B ad aquam reſiduam; & conſequenter erit aqua per O B æqualis aquæ reſiduæ, quæ fluere debet per ſectionem H F; Quare cum latitudines O B, H F ſint æquales; erunt complexus velocitatum unius perpendicularis in ſectione O B, & unius perpendicularis in ſectione H F æquales; ſunt autem perpendiculares dictæ, axes parabolarum (nam ab his circumſcribitur complexus velocitatum naturalium) ergo cum parabolæ ſint æquales, etiam axes, ſive altitudines ſectionum O B, H F æquales erunt. Eodem modo oſtendetur, in ſectione N L eandem fore aquæ altitudinem, ac in A B. Cum igitur, ut eadem ſit aquæ altitudo in ſectionibus A B, E F, oporteat, ſectionem inferiorem E F coarctare in H F; ſequitur laxata parte E H, & reliquis ſectionibus inferioribus, aquam ita fluxuram, ut ejus altitudo minor ſit altitudine ſectionis H F reſtrictæ, ſive A B. Quod &c.

Corol. 1. *p.* 4. 1. *hujus.*

Prop. 14. 1. *hujus.*

Corol. 2. *P.* 2. 111. *hujus.*

Corollarium I.

Hinc ſequitur, quòd, ſi à canale horizontali aqua derivanda ſit per plura lumina lateribus canalis inſculpta; ſi ita reſtringatur ſectio infra lumen infimum, ita ut, quam rationem habet aqua tota canalis ad aquam in canali reſiduam poſt diſtributionem, eandem habeat latitudo canalis ante diſtributionem, ideſt ſupra lumen ſuperius ad latitudinem.

dinem ſectionis reſtrictæ infra lumen inferius; aqua ſupra hanc ſectionem ſemper conſervabitur in eadem altitudine, non obſtante multiplici aquæ egreſſu per diverſa lumina; ſive canale ſit regulare, ſive irregulare, ideſt ſive omnes ſectiones naturales ſint æquè latæ, ſive non; dummodo ſectiones naturales non ſint minores reſtrictis reſpectivè.]

Corollarium II.

Patet etiam, ſi in augmento aquæ eadem ſervetur aquarum diſtributarum ad totam proportio, ac ante augmentum, etiam aquæ auctæ ſuperficiem horizontalem fore, & eandem etiam in hoc caſu ubique aquæ altitudinem; ſecus verò ſi prima proportio turbetur; nam reſtrictio canalis in ſectione inferiori debet eſſe proportionata quantitati aquæ reſiduæ.

Prop. III.

Si in canale horizontali ita ſit reſtricta ſectio inferior, ut non obſtante diſtributione aquarum facta per plura lumina ſuperiùs aperta, quorum baſes ſint in eadem horizontali; aquæ ſuperficies adhuc ſit horizontalis; erit ratio aquarum fluentium per diverſa lumina ſemper eadem, & ſuperficies aquæ ſemper horizontalis in quocunque augmento, vel decremento aquæ in canali.

Sit canalis horizontalis, cujus fundus DABC, & latitudo viva BA; ſponda verò FC, in qua ſint inſculpta lumina ſuperiùs aperta KH, NL, quorum baſes HI, LM ſint in eadem horizontali BC; ſitque reſtricta ſectio inferior CD, v. g. in CE, ita ut ſuperficies Aquæ ſupra CE ſit horizontalis v. g. OR. Dico, etiamſi elevetur ſuperficies aquæ in FG, adhuc FG eſſe horizontalem, & proportionem, quam habet aqua per IP ad aquam per QM, eandem habere aquam per HK ad aquam per LN.

Quoniam enim eadem eſt aquæ altitudo, tam in ſectione OA, quàm in luminibus PI, QM; erit quantitas aquæ per OA ad quantitatem per PI, ut BA ad HI. Eadem ratione, ut BA ad LM, ita quantitas per OA ad quantitatem per QM; & ut HI ad LM, ita quantitas per PI ad quantitatem per QM; & ut BA ad CE, ita quantitas per OA ad quantitatem per RE. Itaque cum aqua per OA æqualis ſit aquis PI, QM, RE ſimul ſumptis; erit & latitudo BA æqualis baſibus HI, LM, CE ſimul ſumptis; &, ſi CD ſit æqualis BA, erit ED æqualis HI, LM ſimul ſumptis. Dividatur ergo ED in partes ES, SD æquales HI, LM; eruntque VS, SX æquales luminibus PI, QM; cum æquales ſint altitudines VE, PH &c.

Intelligatur nunc aucta aqua uſque ad FG, & luminibus obſtructis ſupponatur aperta tota ſectio GD. Itaque quoniam BA CD ſunt æquales; erit altitudo FB æqualis altitudini CG, & ſectio FA ſectioni GD æqualis. Dividatur ſectio GD mediantibus lineis EY, ST latitudini CD perpendicularibus; ita ut ſint veluti tres ſectiones GE, YS, TD, eritque YS æqualis KH, & TD æqua-

æqualis LN; & ut CD, ſive AB ad CE, ES, SD, ita aqua tota, ſive aqua per GD ad aquas per GE, per YS, per TD. Intelligantur, ſimul, & eodem tempore reſtricta ſectio CD in CE, & aperta lumina KH, NL; & quoniam KH eſt æquale YS, & LN æquale TD, & altitudo eadem; erit aqua per KH æqualis aquæ priùs fluenti per YS; & aquæ priùs fluenti per TD æqualis erit aqua per NL. Tantundem ergo aquæ profundetur per ſectiones GE, KH, NL, quantùm priùs per ſectionem GD; quare eadem manebit aquæ ſuperficies; ſed hæc priùs erat horizontalis: ergo etiam poſtea erit horizontalis. Permanentibus ergo æqualibus altitudinibus IK, MN; erit aqua per KH ad aquam per NL, ut HI ad LM; ſed ut HI ad LM, ita aqua per PI ad aquam per QM; ergo ut aqua per KH ad aquam per NL, ita aqua per PI ad aquam per QM. Quod &c.

Lemma ſequens.

Lemma.

Si per GE, LN, KH aquæ æqualis quantitas fluat, ac per FA. Dico non mutari aquæ ſuperficiem.

Si enim mutaretur, vel attolleretur, vel deprimeretur: non primum; quia elevatio aquæ, vel ſupponit augmentum, quod eſt contra ſuppoſitum; vel minorem effluxum, quàm influxum, quod pariter eſt contra ſuppoſitum. Similiter non ſecundum; quia depreſſio ſuperficiei, vel ſupponit decrementum aquæ; vel majorem effluxum, quàm influxum, quod utrumque pariter eſt contra ſuppoſitum. Ulteriùs neque poteſt v. g. in GE deprimi, & in LN attolli; quia, cum omnia paria ſint, nulla eſt ratio, cur potiùs hic, quam illic attollatur, aut deprimatur. Si ergo ſuperficies aquæ nec attollitur, nec deprimitur, eandem manere neceſſe eſt. Quod &c.

Scholium.

Verum nihilominùs eſt, in concreto per ſectionem GD nonnihilò majorem aquæ quantitatem fluere, quam per tres ſectiones GE, LN, KH; eo quòd minor eſt deperditio, ſeu imminutio velocitatis facta à contactu, & confrictione ſpondarum, & fundi in ſectione integra FA, vel GD, quàm in ſectionibus GE, LN, HK; quæ licèt theoricè non conſideretur; practicè tamen obſervanda venit. In hoc tamen caſu aquæ ſuperficies paulìſper elevabitur ubique æqualiter, & diſtributio proportionaliter fiet, niſi quatenus majus eſt impedimentum confrictionis in luminibus minoribus, quàm majoribus; cui incommodo etiam ſuccurri poteſt ex conſilio famigeratiſſimi Abbatis Caſtelli, ſi lumina cuncta æqualia ſint, & ſimilia (addamus nos etiam in eadem horizontali) & diſtributio fiat per aſſignationem plurium luminum in data ratione.

Corollarium.

Si ergo è canale horizontali eroganda ſit Aqua, & tota diſtribuenda juxta proportionem datam; ſufficit

cit in ſectione artificiali datam latitudinem vivam in eadem ratione dividere; v. g. Si aqua tota fluens per ſectionem artificialem canalis horizontalis, cujus latitudo viva A B, ita dividenda, ſeu diſtribuenda ſit, ut quarum partium Titius habet 1, Sempronius habeat 3, Mævius 5, Cajus 7, Lucius 8, Annius 6, & reliqua pars aquæ per canalem fluxura ſit 60; Fiat omnium ſumma, videlicet 90; & A B in partes totidem æquales dividatur, quarum 60 tribuantur latitudini ſectionis C E infra lumina, per quæ debet fieri diſtributio; & lumina ſuperiùs aperta conſtituantur ſecundùm baſim fundo canalis congruentia; quorum baſis pro Titio ſit 1, pro Sempronio 3, & ſic de reliquis; hoc enim pacto, cum aquæ ſint proportionales latitudinibus, ſive baſibus luminum in quacunque altitudine, & baſes ſint inter ſe in data porportione; erunt & aquæ inter ſe in proportione data; tam tota, quàm reſidua, quàm quæ per lumina conſtituta erogatur; cum ſupra lumina erogatoria æqualis ſemper aquæ altitudo conſervetur, ut oſtenſum eſt.

Scholium II.

Ad effugiendum omnem ſcrupulum, præſtat luminibus ſingulis canales horizontales applicare convenientis longitudinis, qualis videlicet removere poſſit dubium mixtionis cum canale inclinato in ipſis luminibus. Et ut, quantum fieri poteſt, ſuppleatur exceſſus aquæ per majora lumina; his longior canalis applicandus eſt, ut fluxui aquæ longius impedimentum addatur, & aquæ quantitas ſuperflua præcaveatur; aut ſupra expoſito Caſtelliano artificio utendum, prout occaſio unum, aut alterum magis proficuum fore, docuerit.

Prop. IV.

Si è canale horizontali æqualis latitudinis aqua erogetur per plura lumina rectangula, & æquè alta infra ſuperficiem aquæ in ſponda canalis inſculpta, & in ſectione poſt lumina prædicta (ideſt ſumpta in parte canalis inferiori poſt lumina) ponantur in eodem, quo baſes luminum, plano horizontali, impedimenta æqualia, ſimilia, & ſimiliter poſita ſingulis luminum areis; Aqua uſque ad inferiorem ſectionem conſervabitur ſecundùm ſuperficiem in eadem linea horizontali; & erit in quocunque aquæ augmento eadem aquarum erogatarum proportio.

Sit canalis horizontalis, cujus fundus B A D C æqualis ubique latitudinis; ſponda verò F C, in qua ſint inſculpta lumina rectangula PI, QM; quorum baſes H I, L M ſint in eadem horizontali, v. g. fundo canalis; Et in ſectione G D juxta lineam CD, ſumantur lineæ S D, S E æquales baſibus luminum H I, L M, & perpendiculares erigantur V E D X æquales altitudinibus, P H, Q L, & compleatur rectangulum V D; ita ut S X ſit æquale P I, & V S æquale Q M. Dico, ſi V D concipiatur tanquam impedimentum; apertis luminibus P I, Q M, aquæ ſuperficiem fore horizontalem, & eandem eſſe proportionem aquæ per P I ad aquam *Fig. 53.*

per

per Q M in quacunque altitudine.

Cum enim Canalis B A D C ſit æqualis ubique latitudinis; erit ſuperficies v. g. O R parallela fundo B C; ſicuti R Z parallela C D; quare O B, K H, L N, R C, Y E, D Z æquales erunt; cum inter ſe ſint parallelæ. Ablatis ergo æqualibus P H, L Q, E V, D X; remanebunt K P, N Q, Y V, Z X æquales; quare ſectiones V S, S X, P I, Q M eandem ſupra ſe habebunt aquæ altitudinem; & cum ſectiones ſint ſimiles, & æquales; conſequenter earum velocitates mediæ æquales erunt, cum ſingularum velocitas media ea ſit, quæ perpendicularis v. g. V E ſub altitudine Y E; quare quantitates aquæ per ipſas erunt inter ſe, ut latitudines; ſed S D eſt æqualis H I, & E S eſt æqualis L M, ergo Aqua per S X æqualis erit aquæ per P I, & Aqua per VS æqualis aquæ per Q M; Poſito ergo ſimul V D impedimento, & apertis luminibus P I, Q M, tantum aquæ fluet per reliquam ſectionem R Z X V E C, & per lumina P I, Q M, quantum per integram ſectionem G D priùs fluxerat, vel quantum fluit per F A; ergo, per lemma antecedens, aquæ ſuperficies non mutabitur, eritque eadem O R. Similiter oſtendetur aucta altitudine in FG in canale libero, ſine luminibus; & denuo appoſito eodem impedimento V D, & apertis luminibus, non mutari horizontalem ſuperficiem F G. Igitur cum ſuperficies F G æqualiter ſit elevata ſupra omnia lumina; erunt velocitates mediæ ſingulorum æquales; ideoque quantitates aquæ in quacunque elevatione, ſive ſtatu aquæ, erunt inter ſe, ut lumina, & cum hæc ſint æquè alta; erunt quantitates aquæ inter ſe, ut latitudines luminum in quacunque altitudine canalis. Quod &c.

Scholium I.

Hinc patet regula diſtribuendi aquas, mediante erogatione è canalibus horizontalibus per lumina ſub aqua latentia, & ita, ut ſemper eadem proportio ſervetur in quacunque aquæ altitudine; ſi enim ſectio infra lumina, cujus latitudo æqualis ſit latitudini vivæ ſectionis ſupra lumina impediatur appoſito obice, cujus ſuperficies aquæ fluxui oppoſita ſit rectangula, & ſecundum baſim congruens latitudini ſectionis, v. g. C A B D, cujus baſis A B; & dividatur per lineas E F, G H &c. in data ratione; fiantque lumina, ſecundùm baſim congruentia fundo canalis in lateribus inſculpta, æqualia, ſimilia, & ſimiliter poſita rectangulis A F, F G &c. erogabunt hęc aquam in data ratione, ut demonſtratum eſt. Vel poſitis luminum baſibus juxta fundum canalis, factaque omnium æquali altitudine; latitudine verò juxta concupitam proportionem; ex iis omnibus ſimul copulatis componi poterit area impedimenti objiciendi aquæ fluxui in ſectione infra lumina. *Fig. 54.*

Scholium II.

Eadem eſt demonſtratio, ſi lumina ſint alterius figuræ à rectangula, & ſub diverſa altitudine; ſi .v. ſingulis impedimenta apponantur in ſectione

ſimilia, æqualia, & ſimiliter poſita, ita ut tantundem aquæ impediant, quantum fluere debet per lumen ſibi correſpondens. Nos demonſtravimus propoſitionem juxta faciliorem praxim, quæ nullo negotio in ſuum revocari poteſt.

Scholium III.

Similis eſt ratio erogandi aquam è lacu, palude, reſervatorio &c. niſi quòd nullo opus eſt impedimento; Cum enim in hujuſmodi Aquarum receptaculis ſuperficies aquæ in eadem ſemper horizontali ſit; patet, ſi luminum baſes in eadem horizontali conſtituantur, & omnium æqualis ſit altitudo, proportiones aquarum fore inter ſe, ut latitudines luminum; ideoque facillimam eſſe hujuſmodi aquarum diſtributionem, eo planè modo, ut ſupra dictum eſt de erogatione è canalibus horizontalibus.

Scholium IV.

Ex his, quæ demonſtrata ſunt, evidenter conſtare poteſt diſtributionem Aquarum, quæ fit per polices, uncias, quinarias &c. non eſſe permanentem; niſi erogatio fiat in loco, in quo eadem ſemper ſit aquæ ſuperficies, nullo pacto alterabilis; quod tamen rarò, aut nunquam continget; etenim ſi hæc elevari, aut deprimi poſſit, planè conſtat, ſi ex. gr. quinaria, ut apud veteres, ſumatur in menſura determinata, & abſoluta in ordine ad aream luminis; hanc quinariam quidem eandem ſemper eſſe, ſed quantitatem aquæ modò majorem, modò minorem fore; ſi verò quinaria ſumatur in menſura determinata, non in ordine ad aream luminis, ſed in ordine ad certam aquæ quantitatem per lumen dato tempore præterfluentem; hujuſmodi quinaria, modò plures, modò pauciores ab eodem lumine effundi, pro majori, vel minori altitudine aquæ ſupra centra velocitatis luminum. Atque admodum difficile eſt eandem ſuperficiem in reſervatorio ſemper retinere per emiſſaria, & diverticula, quorum fundus ſit in plano ſuperficiei, quam volumus in aqua permanentem; etenim, cum pro vario aquæ augmento neceſſe ſit, ut aqua ſupra dictum fundum fluat varia altitudine; & hæc regula ſit, juxta quam diſponitur Aquæ ſuperficies in reſervatorio; conſequenter etiam varia erit aquæ ſuperficies, juxta varium aquæ incrementum; ita ut, meo ſaltem judicio, difficillimum, ſi non impoſſibile, ſit per machinam ſtabilem eandem ſemper aquæ ſuperficiem retinere.

Scholium. V.

Ex dictis pariter videtur concludi poſſe, ſi in canalibus inclinatis detur aliquod artificium, quo fiat, ut non obſtante effluxu per lumina in lateribus inſculpta, aquæ ſuperficies fundo parallela ſit in quacunque altitudine; erogationem fieri poſſe è canale inclinato, methodo, qua uſi ſumus in canale horizontali.

Sche-

Scholium VI.

Hujuſmodi autem artificium eſſe poterit, ſi canalis inclinatus dividatur in plures veluti canales horizontales; ut ſi canalis AB inclinatus faceſſat in quatuor canales AF, CG, DH, EI horizontales; aqua .n. poſt caſus perpendiculares FC, GD &c. ferè ſtatim diſponitur ad altitudinem, quam exigit fluxus, ſupra fundos horizontales CG, DH &c. ita ut, loco convenienti, inſculpi poſſint in lateribus canalis lumina aquam diſtribuentia, juxta concupitam proportionem. Alia eſſe poterunt in eundem finem artificia, uti diverticula lateralia, in quibus aqua horizontaliter, ceſſante fluxu, ſe ſe æquilibrat, in quorum ſpondis lumina erogatoria diſponi poterunt, ut ſupradictum eſt &c. Sed hæc, & alia relinquimus Practicorum judicio pro occaſione eligenda, aut invenienda.

Fig. 55.

Scholium VII.

Sicuti relinquimus applicationem hujus Doctrinæ ad diverſos caſus, qui in praxi poſſunt occurrere, cum ex hucuſque ad abundantiam dictis, facilè quiſque poſſit colligere methodum applicandi noſtram doctrinam, prout tulerit conditionum varietas, & exigentia.

Finis Libri Sexti.

APPENDIX

De Tabula ſpatiorum velocitati debitorum.

IMperfectæ, niſi fortè penè ac inutiles videri potuiſſent noſtræ hæ hydrometricæ ſpeculationes, quas ſex præhabitis libris expoſuimus, ſi methodus determinandi ſpatia, quæ aqua certa velocitate affecta, certo tempore percurrere apta eſt, ſecundo libro propoſitione decima, non fuiſſet demonſtrata; Sed & aliquid ejus perfectioni defuiſſet, ſi Lectori, & experiendi onus, & calculandi tædium reliquiſſem. Ne igitur, ſaltem quantùm permittit tenuis mearum virium, & Ingenii modulus, unquam publicæ utilitati deeſſem, ſtatui ab initio Operis unum, & alterum præſtare, redigendo in Tabulam peculiarem ſpatia velocitati debita, determinando velocitatem à ſua cauſa, videlicet, vel à deſcenſu, vel à preſſione; nam utramque in idem coincidere, ex hucuſque demonſtratis abundè patet.

Verùm id faciendum hucuſque diſtuli, tum, ut ex pluries repetito experimento certius haberetur Tabulæ fundamentum; tum, ne ante perſpectam ejus utilitatem, & neceſſitatem Tabula prometerur, non ſine temporis, & laboris impendio conſtructa.

Eam igitur tandem damus, qua mediante, nullo ferè negotio, quorumlibet fluminum, juxta à nobis demonſtratam methodum, menſuræ calculus aggredi poſſit; cum conſiſtat in ſola multiplicatione areæ ſectionis artificialis, ſeu Regulatoris, in ſpatium Velocitati mediæ debitum, quod ad ſingulas uncias altitudinis, ſive deſcenſus perpendicularis, oſtendit Tabula; ita ut, tota ferè noſtra Aquarum fluentium doctrina in ejus uſu verſetur; & veluti compendio includatur.

Cæterùm, fundamentum, uſum, & applicationem Tabulæ ipſi ſubdidimus; non minùs, ut facti rationem (ut convenit) redderemus, quàm ut & demonſtratione, & præceptis, & exemplo planam, facilemque Hydrometris Viam menſurandarum Aquarum fluentium, non ſolum aperiremus, ſed & ſterneremus, & à quibuſcumque obicibus liberaremus.

TABU-

TABULA

Spatiorum Velocitati debitorum juxta altitudinem, ſive deſcenſum Aquæ durante uno horæ minuto.

Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.		*Spatium Velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*		*Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.*		*Spatium Velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*	
Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ
	1	62	6	2	1	312	5
	2	88	4	2	2	318	7
	3	108	2	2	3	324	8
	4	124	11	2	4	330	7
	5	139	8	2	5	336	5
	6	153	0	2	6	342	2
	7	165	4	2	7	347	10
	8	176	8	2	8	353	5
	9	187	5	2	9	358	11
	10	197	7	2	10	364	4
	11	207	3	2	11	369	7
1	0	216	5	3	0	374	10
1	1	225	3	3	1	380	0
1	2	233	9	3	2	385	2
1	3	242	0	3	3	390	2
1	4	249	11	3	4	395	2
1	5	257	7	3	5	400	1
1	6	265	1	3	6	404	11
1	7	272	4	3	7	409	8
1	8	279	5	3	8	414	5
1	9	286	4	3	9	419	1
1	10	293	0	3	10	423	9
1	11	299	8	3	11	428	4
2	0	306	1	4	0	432	10

Digitized by Google

Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.		*Spatium velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*		*Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.*		*Spatium velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*	
Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ
4	1	437	4	6	9	562	4
4	2	441	9	6	10	565	9
4	3	446	2	6	11	569	2
4	4	450	6	7	0	572	7
4	5	454	10	7	1	576	0
4	6	459	1	7	2	579	5
4	7	463	4	7	3	582	9
4	8	467	6	7	4	586	1
4	9	471	8	7	5	589	5
4	10	475	10	7	6	592	9
4	11	479	11	7	7	596	0
5	0	483	11	7	8	599	3
5	1	488	0	7	9	602	6
5	2	491	11	7	10	605	9
5	3	495	11	7	11	608	11
5	4	499	10	8	0	612	2
5	5	503	8	8	1	615	4
5	6	507	7	8	2	618	6
5	7	511	4	8	3	621	8
5	8	515	2	8	4	624	9
5	9	519	0	8	5	627	11
5	10	522	9	8	6	631	0
5	11	526	5	8	7	634	1
6	0	530	2	8	8	637	2
6	1	533	10	8	9	640	2
6	2	537	5	8	10	643	3
6	3	541	1	8	11	646	3
6	4	544	8	9	0	649	3
6	5	548	3	9	1	652	3
6	6	551	9	9	2	654	3
6	7	555	4	9	3	658	3
6	8	558	10	9	4	661	2

Digitized by Google

Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.		*Spatium velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*		*Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.*		*Spatium velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*	
Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ
9	5	664	2	12	1	752	4
9	6	667	1	12	2	754	11
9	7	670	0	12	3	757	6
9	8	672	11	12	4	760	1
9	9	675	10	12	5	762	8
9	10	678	8	12	6	765	2
9	11	681	7	12	7	767	9
10	0	684	5	12	8	770	3
10	1	687	3	12	9	772	10
10	2	690	1	12	10	775	4
10	3	692	11	12	11	777	10
10	4	695	9	13	0	780	4
10	5	698	6	13	1	782	10
10	6	701	4	13	2	785	4
10	7	704	1	13	3	787	10
10	8	706	10	13	4	790	3
10	9	709	7	13	5	792	9
10	10	712	4	13	6	795	2
10	11	715	1	13	7	797	8
11	0	717	10	13	8	800	1
11	1	720	6	13	9	802	6
11	2	723	3	13	10	805	0
11	3	725	11	13	11	807	5
11	4	718	7	14	0	809	10
11	5	731	3	14	1	812	2
11	6	733	11	14	2	814	7
11	7	736	7	14	3	817	0
11	8	739	3	14	4	819	5
11	9	741	11	14	5	821	9
11	10	744	6	14	6	824	2
11	11	747	1	14	7	826	6
12	0	749	9	14	8	828	10

Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.		*Spatium Velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*		*Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.*		*Spatium Velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*	
Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ
14	9	831	2	17	5	903	3
14	10	833	7	17	6	905	5
14	11	835	11	17	7	907	6
15	0	838	3	17	8	909	8
15	1	840	7	17	9	911	10
15	2	842	10	17	10	914	0
15	3	845	2	17	11	916	1
15	4	847	6	18	0	918	3
15	5	849	9	18	1	920	4
15	6	852	1	18	2	922	6
15	7	854	4	18	3	924	7
15	8	856	8	18	4	926	8
15	9	858	11	18	5	928	9
15	10	861	2	18	6	930	11
15	11	863	5	18	7	933	0
16	0	865	9	18	8	935	1
16	1	868	0	18	9	937	2
16	2	870	3	18	10	939	2
16	3.	872	5	18	11	941	4
16	4	874	8	19	0	943	5
16	5	876	11	19	1	945	5
16	6	879	2	19	2	947	6
16	7	881	4	19	3	949	7
16	8	883	7	19	4	951	7
16	9	885	9	19	5	953	8
16	10	888	0	19	6	955	9
16	11	890	2	19	7	957	9
17	0	892	4	19	8	959	9
17	1	894	6	19	9	961	10
17	2	896	9	19	10	963	10
17	3	898	11	19	11	965	10
17	4	901	1	20	0	967	11

Digitized by Google

Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.		*Spatium velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*		*Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.*		*Spatium velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*	
Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ
20	1	969	11	22	9	1032	4
20	2	971	11	22	10	1034	2
20	3	973	11	22	11	1036	1
20	4	975	11	23	0	1037	11
20	5	977	11	23	1	1039	10
20	6	979	11	23	2	1041	8
20	7	981	11	23	3	1043	7
20	8	983	10	23	4	1045	5
20	9	985	10	23	5	1047	4
20	10	987	10	23	6	1049	2
20	11	989	10	23	7	1051	0
21	0	991	10	23	8	1052	11
21	1	993	9	23	9	1054	9
21	2	995	9	23	10	1056	7
21	3	997	8	23	11	1058	5
21	4	999	8	24	0	1060	3
21	5	1001	7	24	1	1062	1
21	6	1003	6	24	2	1063	11
21	7	1005	6	24	3	1065	9
21	8	1007	5	24	4	1067	7
21	9	1009	4	24	5	1069	5
21	10	1011	3	24	6	1071	3
21	11	1013	3	24	7	1073	1
22	0	1015	2	24	8	1074	11
22	1	1017	1	24	9	1076	9
22	2	1019	0	24	10	1078	6
22	3	1020	11	24	11	1080	4
22	4	1022	10	25	0	1082	2
22	5	1024	8	25	1	1083	11
22	6	1026	7	25	2	1085	9
22	7	1028	6	25	3	1087	6
22	8	1030	5	25	4	1089	4

Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.		*Spatium Velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*		*Altitudo Aquæ in menſura pedis Bononien.*		*Spatium Velocitati debitum in menſ. pedis Bononien.*	
Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ	Pedes	Unciæ
25	5	1091	1	27	9	1140	1
25	6	1092	10	27	10	1141	10
25	7	1094	8	27	11	1143	6
25	8	1096	6	28	0	1145	3
25	9	1098	3	28	1	1146	11
25	10	1100	0	28	2	1148	7
25	11	1101	10	28	3	1150	4
26	0	1103	7	28	4	1152	0
26	1	1105	4	28	5	1153	9
26	2	1107	1	28	6	1155	5
26	3	1108	10	28	7	1157	1
26	4	1110	7	28	8	1158	9
26	5	1112	5	28	9	1160	6
26	6	1114	2	28	10	1162	2
26	7	1115	11	28	11	1163	10
26	8	1117	8	29	0	1165	6
26	9	1119	4	29	1	1167	2
26	10	1121	1	29	2	1168	10
26	11	1122	10	29	3	1170	6
27	0	1124	7	29	4	1172	2
27	1	1126	4	29	5	1173	10
27	2	1128	1	29	6	1175	6
27	3	1129	9	29	7	1177	2
27	4	1131	6	29	8	1178	10
27	5	1133	3	29	9	1180	6
27	6	1134	11	29	10	1182	1
27	7	1136	8	29	11	1183	9
27	8	1138	5	30	0	1185	5

Fun.

Digitized by Google

FUndamentum ſuprapoſitæ Tabulæ habetur in prop. 10. l. 2. hujus tractatus, & à ſequenti experimento, cujus ibidem meminimus, & quod, dum ſuperiora ſub prælo eſſent; die videlicet 7 labentis Auguſti, denuo inſtitutum eſt Amicis compluribus auxilium præſtantibus; & præſentiam ſuam ſumma benignitate largiente Illuſtriſſimo, & eximio hujus urbis Senatore Com. Hieronymo Bentivolo.

Reſervatorio enim aqua pleno fiſtula aptata eſt talis, qualem deſcripſimus prop. 1. lib. 2. ſed cujus lumen ærea lamella inſculptum quadratum erat, cujus latus unius unciæ quadrantem æquabat; & ita conſtituebatur, ut latus inferius, ſive baſis luminis, & horizontalis eſſet, & infra aquæ ſupremam ſuperficiem demergeretur ped. 3, unc. 11. præcisè; adeout ejus centro incumberent ped. 3. unc. 10. $\frac{7}{8}$ aquæ (confundo hic centrum figuræ cum centro velocitatis, cum inſenſibiliter diſcrepent.) Rebus ſic conſtitutis, 65 vibrationum tempore, quæ in meo horologio authomato minutum horæ æquant; hauſta aqua per ſupradictum lumen, eadem aquæ ſervata ſuperficie, detracto vaſis pondere, fuit lib. 32. unc. 10, & octies repetito experimento, ſemper eadem abſque ulla variatione, reddita eſt aquæ quantitas: Exinde ponderavimus aquam contentam vaſe æreo, cujus interna cavitas cubica, ejuſque latus unica una præcisè; hæc in libra exactiſſima pependit unciam unam, grana 146, ideſt grana 786.

His ſuppoſitis ſequentia calculo manifeſta fiunt. Diviſis libris 32. unc. 10. aquæ, ideſt unc. 394. ſive gran. 252. 160. per 786. grana, pondus unciæ cubicæ aquæ, prodeunt unciæ cubicæ aquæ hauſtæ dicto tempore 310 $\frac{320}{393}$. Quare hæc aqua conformata in priſma tectum, cujus baſis uncia una quadrata, habebit longitudinem, ſive altitudinem unc. 320 $\frac{320}{393}$, & conſequenter, ſi intelligatur conformata in priſma tectum, cujus baſis $\frac{1}{4}$ unciæ; habebit ſextidecuplam altitudinem, quoniam quadrans unciæ quadratus eſt ſubſextidecuplus unciæ quadratæ; Erit igitur altitudo ſecundi priſmatis unc. 5133 $\frac{11}{393}$, ideſt ped. 427. unc. 9. $\frac{11}{393}$, quæ erit velocitas media, ſive ſpatium debitum velocitati aquæ ſub altitudine ped. 3. unc. 10 $\frac{7}{8}$. Si ergo fiat, ut unciæ 46 $\frac{7}{12}$ ad uncias 47, ita quadratum unciarum 5133 $\frac{11}{393}$, ideſt 26. 347. 976 ad quadratum 26. 418. 237; hujus radix unc. 5140. ſive ped. 428. unc. 4. erit ſpatium debitum velocitati ſub altitudine aquę unc. 47. ſive ped. 3. unc. 11. Eodem pacto reliquæ velocitates pro ſingulis altitudinibus in Tabula expreſſis inventæ ſunt ex experimento prædicto.

* Si quis minùs fidat noſtræ obſervationi, quæ eſt radix totius Tabulæ, vel dubitet diverſam eſſe unius, vel alterius aquæ ad motum promptitudinem, & fluxibilitatem, ſicuti diverſum eſt hujus, vel illius pondus; poterit hic experimenta repetere, & ſibi Tabulam conficere exactiorem, & proportionatam ſuæ aquæ menſurandæ fluiditati, in quo tamen longius calculi tædium, & præſertim

Digitized by Google

radicum extractionem vitabit, cum ex noſtra Tabula per ſolam regulam proportionum ſpatia debita velocitati ex proprio experimento quilibet poſſit commutare. Nobis interim ſufficiet methodum indicaſſe, quo ſpatia hujuſmodi manifeſtari poſſint, & Tabulam condidiſſe noſtris experimentis ſuperſtructam, quam ultra pedum triginta profunditatem non produximus; quia rarò ad majorem altitudinem excreſcunt flumina, ſaltem in noſtra Europa; immò, ſi ſola velocitas centri velocitatis attendenda ſit; valere poterit in Canalibus horizontalibus, iiſque, qui ad horum inſtar ſunt uſque ad altitudinem Aquæ pedum 67 $\frac{1}{2}$.

Uſus igitur Tabulæ eſt. Quoties ſpatium debitum velocitati inquiritur; inveniatur altitudo aquæ in columna ſiniſtra: & in area ſecundæ columnæ è regione apparebit ſpatium, quod Aqua percurret ſpatio unius minuti horarii, quo utendum erit, ut ſupra variis locis, in primis verò in regula generali expoſuimus: Et ſit altitudo aquæ præciſa non inveniatur, abſque errore ſenſibili, pars proportionalis competens exceſſui, vel defectui invenienda erit per regulam proportionum; & addenda, vel demenda à majori, vel minori ſpatio in Tabula adinvento; prout altitudo inventa eam, quæ in Tabula habetur ſuperat, vel ab ea deficit, ut in Tabulis ſinuum, aliiſque conſimilibus aſſolet.

Ut verò cuncta exemplo manifeſta fiant; tria hujuſmodi addemus, quæ loco præceptorum eſſe poterunt; ſicuti ea in præcepta diſtinximus: Primum in Canale inclinato: Secundum in Canale horizontali; utrumque prout allatæ demonſtrationes exigunt: Et tertium juxta methodum Regulæ generalis, ut in omnibus caſibus uſus Tabulæ, & noſtra Aquarum menſurandarum praxis eluceſcat.

EXEMPLUM I.

In Canale inclinato.

Sit Canalis inclinatus (*Fig.* 17.) AB, cujus Aqua in ſectione B menſuranda ſit; ſitque altitudo aquæ BC pedes 10, latitudo ſectiones pedes 50; velocitatis verò B ad C proportio, ut 4 ad 1.

I. Inveniatur altitudo axis BD; factis videlicet velocitatum 4, & 1 quadratis, ideſt 16, & 1; inventaque eorum differentia 15, fiat ut 15 ad quadratum minoris velocitatis 1, ita 10 ad $\frac{2}{3}$; eritque DC $\frac{2}{3}$ pedis ſive unciæ 8, & tota BD ped. 10, unc. 8.

II. Inveniatur complexus velocitatum, ideſt ſpatium parabolicum BCHE ducendo BD ped. 10, unc. 8; ideſt unc. 128 in $\frac{2}{3}$ velocitatis BE 4, (ſive, in menſura pedum, unc. 48.) ſcilicet unc. 32; fietque productum 4096. Similiter ducantur $\frac{2}{3}$ velocitatis CF ped. 1, ſive unc. 8, in DC unc. 8; & productum 64 ſubtrahatur à 4096; eritque differentia 4032 ſpatium parabolicum BCHE.

III. Inveniatur velocitas media KG dividendo ſpatium BCHE 4032. per altitudinem BC ped. 10, ſcilicet

ſcilicet unc. 120. & quotiens unc. $33\frac{3}{5}$, ſive abſtractè ped. $2\frac{4}{5}$, erit velocitas media quæſita.

IV. Inveniatur axis D K faciendo ut quadratum velocitatis maximæ B E 4, videlicet 16 ad quadratum velocitatis mediæ poſtremò inventæ $2\frac{4}{5}$, ideſt $7\frac{21}{25}$, ita totus axis B D ped. 10. unc. 8. ad portionem axis D K ped. 5, unc. $2\frac{18}{25}$; eritque K centrum velocitatis.

V. Inveniatur (*Fig.* 19.) K H altitudo aquæ ſupra centrum velocitatis; ſive potiùs deſcenſus perpendicularis ejuſdem centri K, ſive H, reſolvendo triangulum rectangulum K D H, in quo hypotenuſa D H eſt ped 5. unc. $2\frac{18}{25}$, & angulus inclinationis D H R ſupponitur v. g. gr. 2; & prodibit latus quæſitum K H ped. 5, unc. $2\frac{55261}{78125}$.

VI. Adeatur Tabula ſuperior Spatiorum &c. & inveniatur ſpatium debitum velocitati ſub altitudine ped. 5, unc. $2\frac{55261}{78125}$; & quoniam pro altitudine ped. 5. unc. 2, ſpatium eſt ped. 491. unc. 11. & pro pedibus 5, unc. 3 pedes 495, unc. 11; differentia erit ped. 4, & pars proportionalis pro $\frac{55261}{78125}$ erit ped. 2, unc. 8, qui additi pedibus 491, unc. 11, ſummam efficient ped. 494, unc. $7\frac{56528}{78125}$, quæ erit ſpatium velocitati debitum ſub altitudine, vel deſcenſu ped. 5, unc. $2\frac{55261}{78125}$.

VII. Fiat area ſectionis multiplicando altitudinem ped. 10. in latitudinem ped. 50; quæ erit 500 pedum quadratorum.

VIII. Tandem ducatur hæc area in pedes 494, unc. $7\frac{56528}{78125}$, & productum 247321 erit numerus pedum cubicorum aquæ tranſeuntium per datam ſectionem durante minuto temporis.

EXEMPLUM II.

In Canale purè horizontali.

FAcillimus eſt calculus menſuræ Aquarum fluentium in Canale purè horizontali, utpotè qui planam præſefert inventionem centri velocitatis, & altitudinis aquæ ſupra ipſum; ſuper quibus, veluti ſuper duobus polis, aquarum menſura verſatur. Attamen, ut hujus etiam menſuræ exemplum, ſimul & præcepta tradamus; aſſumemus data ſequentia.

Refert Eruditiſſimus Joannes Boterus in relatione, quam habet de Mari, ipſius opuſculis inſerta; quærens quantum Aquæ in Pontum Euxinum ingerat unius anni ſpatio Danubius; refert, inquam, hujus latitudinem maximam ad unum milliare, ſive, juxta Bononienſem menſuram, pedes 5000 extendi; profunditatem verò eſſe brachiorum 8, aut 10 (ponamus juxta medietatem arithmeticam brachia 9 quæ ad eandem menſuram redacta, ſunt pedes 15) velocitatem verò eſſe ſaltem trium milliarium in quamlibet horam. Ex quibus concludit unius anni curriculo in idem mare profundi priſma aquæ, cujus baſis area ſectionis., longitudo verò 26. 352 milliaria, ſeu ſi ponamus 9 brachia pro altitudine, uti ſupra, correſpondentia pedibus 15; ita

ita ut area ſectionis ſit ped. 75 000; quoniam longitudo prædictorum milliarium 26. 352 eſt ped. 131. 760. 000, deprehendetur tota quantitas aquæ unius anni ped. cub. 9. 882. 000. 000. 000. Videamus igitur, an reſpondeat Boteri calculus ſequenti juxta noſtram ſuperiùs demonſtratam methodum concinnato.

Supponamus autem, ſuam maximam latitudinem habere Danubium non longè à mari; & conſequenter ob ejus longiſſimum curſum, in ſitu, quo, vel horizontalis ſit, vel quaſi; ita ut alvei declivitas, ſi quæ ſit, nihil impediat, quò minùs tanquam horizontalis aſſumi queat; & ex ſupra enarratis datis ---

I. Inveniatur centrum velocitatis, ſumendo videlicet $\frac{4}{9}$, pedum 15; eruntque ped. 6 $\frac{2}{3}$ ſive ped. 6, unc. 8; & tantundem erit demerſum centrum velocitatis L (*Fig.* 28) infra aquæ ſuperficiem.

II. Inveniatur in Tabula Spatiorum &c. ſub altitudine ped. 6, unc. 8, ſpatium velocitati debitum, quod erit ped. 558, unc. 10.

III. Fiat area ſectionis multiplicando DE ped. 5. 000 in DC ped. 15. altitudinis, & prodibit ped. 75. 000.

IV. Hæc area ducatur in ped. 558, unc. 10, & habebitur productum 41. 912. 500 pro numero pedum cubicorum fluentium in Danubio intra horæ minutum.

Si dictus numerus 41. 912. 500 *multiplicetur per* 60 *minuta, ex quibus componitur hora, fient* 2. 514. 750. 000. *& ſi denuo hic multiplicetur per* 24. *horas unius diei, prodibunt ped. cub.* 60. 354. 000. 000 *& ſi hi rurſus per dies anni* 366. (*ut apud Boterum*) *multiplicentur; exurgent* 22. 089. 564. 000 000. *pro totidem pedibus cubicis Aquæ à Danubio in mare integro anno devolutis; ſupra duplum pluribus, quàm Boterus ex ſola velocitate ſuperficiei conſiderata eliciat.*

EXEMPLUM III.

In Canale quocunque juxta methodum regulæ generalis Lib. IV.

Sit Canalis quilibet, vel horizontalis, vel inclinatus, cujus aqua fluens per aliquam ſectionem proportionatam, menſuranda ſit.

Aptatis omnibus, quæ ad hanc operationem neceſſaria eſſe diximus in Regula generali, & demiſſa cataracta infra aquæ ſuperficiem; poſtquam Aqua altitudinem manentem acquiſiverit, ſupponatur profunditas Aquæ obſervata à ſuperficie ad fundum regulatoris eſſe ped. 10; à fundo autem regulatoris ad imum cataractæ ped. 8, unc. 4, latitudo ſectionis ped. 20; inclinatio verò canalis grad. 5. Super quibus fundamentis ---

I. Inveniatur velocitatum fundi, & ſuperficiei, ideſt (*Fig.* 36.) B, & F proportio, ideſt ſupponendo, quod velocitas BH ſit 9, per regulam proportionum fiat, ut KB diſtantia ſuperficiei Aquæ à fundo regularis ped. 10, vel unc. 120 ad FB diſtantiam fundi regulatoris ab imo cataractæ ped. 8, unc. 4, ſive unc. 100, ita quadratum velocitatis fundi 6, ſcilicet 36, ad quadratum velocitatis ſuperficiei 30, cujus radix 5 $\frac{1}{2}$; eritque

Digitized by Google

que proportio utriuſque velocitatis BH, FI ea, quam habet 6 ad $5\frac{1}{2}$

II. Inveniatur complexus velocitatum aquæ fluentis ſub cataracta per ſectionem, ſive lumen EB, ſive ſpatium parabolicum BEIH ducendo $\frac{2}{3}$ velocitatis maximæ BH 6, ideſt 4 in altitudinem BK unc. 120; eritque productum 480 area parabolæ BKH; & ſimiliter ducendo $\frac{2}{3}$ velocitatis KF $5\frac{1}{2}$ ideſt $3\frac{2}{3}$, in altitudinem FB unc. 20. & productum $73\frac{1}{3}$ erit area parabolæ KFI, quarum parabolarum differentia 406 $\frac{2}{3}$ erit ſpatium parabolicum BFIH quæſitum.

III. Hoc ſpatium parabolicum inventum $406\frac{2}{3}$ dividatur per BF unc. 100, & prodibit quotiens $4\frac{1}{15}$ pro velocitate media MN.

IV. Ad inveniendum centrum velocitatis, fiat, ut quadratum velocitatis maximæ BH; ideſt 36 ad quadratum velocitas mediæ MN poſtremò inventæ $16\frac{121}{225}$, ita axis KB unc. 120 ad portionem axis, ſive altitudinem KM unc. $55\frac{17}{135}$ ſive ped. 4, unc. $7\frac{17}{135}$ locum, ſive centrum velocitatis mediæ M tantundem demerſum ſub aquæ ſuperficie.

Sit Canalis ſit horizontalis, ſive ſi ſponda regulatoris ſimul, & plano fundi canalis, & horizonti erecta ſit; tranſeundum immediatè ad præceptum ſextum; & utendum altitudine prædicta ad inveniendum in Tabula ſpatium &c; ſi verò ſit inclinatus ---

V. Quoniam ſupponitur angulus inclinationis canalis gr. 5. Inveniatur altitudo Aquæ ſupra centrum velocitatis, reſolvendo triangulum KHD, in quo data eſt hypotenua HD ped. 4, unc $7\frac{17}{135}$ & præter angulum rectum ad H, etiam angulus H gr. 5; & exurget latus KH ped. 4, unc. $6\frac{6181299}{6750000}$ ſive altitudo aquæ ſupra centrum velocitatis.

VI. In Tabula ſpatiorum &c. inveniatur Spatium velocitati debitum, juxta inventam altitudinem ped. 4, unc. 6. $\frac{6181299}{6750000}$, quod addita parte proportionali, erit ped. 462, unc. 11 $\frac{4797149}{6750000}$.

VII. Fiat area ſectionis ped. $166\frac{2}{3}$.

VIII. Et ultimò multiplicetur area ſectionis $166\frac{2}{3}$ in ſpatium &c. inventum ped. 462, unc. 11. $\frac{4797149}{6750000}$, & productum 77162, unc. 421. oſtendet numerum pedum cubicorum aquæ fluentium in dato canale, dicto tempore unius minuti.

DOMINICI
GULIELMINI

Medici, & Mathematici Bononienſis

EPISTOLÆ DUÆ
HYDROSTATICÆ,

ALTERA

Apologetica adverſùs Obſervationes contra Menſuram Aquarum Fluentium,

A Clariſſimo Viro Dioniſio Papino factas, & Act. Erud. Lipſiæ Anni 1691. *inſertas:*

ALTERA

De Velocitate, & motu fluidorum in ſiphonibus recurvis ſuctoriis.

EMINENTISSIME, ac REVERENDISSIME

PRINCEPS.

CUM primùm Epiſtolas haſce hydroſtaticas elapſis menſibus ad Amicos eruditione ſumma præclaros, conſcriptas publici juris facere deliberaſſem, illud illicò occurrit menti, ut Tuo, PRINCEPS EMINENTISSIME, præſidio eas fulcri indigas committerem; Cum enim æquianimem, ſimul & benignum Lectorem concupiſcerem, bono omini futurum mihi exiſtimavi, ſi libellum priùs ante oculos tuos explicarem maxime BENEDICTE: In Te quippe præ cæteris refulget, rara illa, & adhuc ſine nomine Virtus, fortaſſe Ingenii tui propria, qua Juſtitiam Clementia; Clementiam Juſtitia ita temperas, ut in Te ſuſpiciat Civitas tota, incerta adhuc uni, an alteri, victoriæ det palmam, aut præcinat triumphum; incorruptam ſemper Juſtitiam, lenisſimam

Digitized by Google

niſſimam Clementiam, unico, & conſtanti ore deprædicans. Dubitare potuiſſem, ne Magnitudini animi, quæ Te ad exmiia natum indicat, clientuli tenuitas congrueret, ſed nec me diutiùs hæſitare permiſit incomparabilis illa, qua mecum agis, Humanitas; Benignitas, qua etiam minora non deſpicis; ſummumque in literas, vel ſeveriores ſtudium, quo minùs in Tui ſinum Patrocinii paucula hæc mea de hydroſtaticis ſtudia eò fidentiùs deponerem. Ea igitur qualiacumque excipere ne graveris PRINCEPS EMINENTISSIME, ſimulque in eorum oblatione humillimi, quo Te proſequor, ſymbola obſequii, & quo à nemine mortalium, ad quem Tuarum Virtutum fama pervenirit, defraudaris: Gratulor enim ſemper Tibi, quoties mentem ad dulciſſimas haſce cogitationes deflecto: gratulor Urbi noſtræ heroicas tot Animi Tui Virtutes, quæ ſi ingentem ſingulæ exigerent Civium venerationem, quanto magis collectæ, & viciſſitudinarii ſplendoris communione rutilantes? nimirùm ex iis perfectiſſimi Principis idea ita refulget, ut de Te id ipſum repeti poſſit, quod de Evagora Iſocrates: *Adeo* (inquit) *piè, & humaniter Rempublicam gubernabat, ut advenientes, non tam ipſum, imperii cauſa, beatum exiſtimarent, quàm ſubditos, qui talis imperio Viri parerent. Ætatem enim omnem peregit ita, ut neminem læderet, bonos autem honoraret; omnibus quidem diligenter imperans, legitimè verò malos puniens.* Vale PRINCEPS EMINENTISSIME ad ſummam felicitatem, & ad annos Neſtoreos.

EMINENTIÆ TUÆ REVERENDISSIMÆ

Bononiæ 8. Martii 1692.

Humillimus, Addictiſſimus, & Obſequentiſſimus Servus, & Cliens,

DOMINICUS GULIELMINUS.

 Illuſtriſſimo,

Illuſtriſſimo, & Egregio Viro

GOTOFREDO GULIELMO LEIBNITZIO

Sereniſſimi Ducis Hanuveriæ Conſiliario, & Mathematico Celeberrimo,


Dominicus Gulielminus Bene agere, & Lætari.

Vix tres ultimos libros meos hydrometricos publici juris feceram elapſo Auguſto, eorumque exemplar tibi, Vir Celeberrime, deſtinatum ad Pereximium communem Amicum Antonium Maliabechium Florentiam miſeram, ut oblata opportunitate ad te deferri curaret, cum ab eodem monitus ſum de tua erga me incomparabili humanitate, & (quod tu ipſe de recenti innueras) Clariſſimum Virum Dioniſium Papinum Lipſienſibus Eruditorum Actis quaſdam objectiones adversùs meas demonſtrationes circa Aquarum Fluentium Menſuram inſeruiſſe. Fateor longè priùs notam Viri doctiſſimi famam, ejuſque in Mathematicis peritiam effeciſſe, ut dubitarem nonnihil erroris in meas demonſtrationes irrepſiſſe; nunquam enim tantum mihi tribuere auſus ſum, ut ab erratis immunes meas cogitationes cenſuerim. Quare, cum objectiones, & impetitæ demonſtrationes adhuc laterent; eas omnes avidiſſimè, & ſi unquam, ſumma animi contentione iterùm, iterùmque perpendere cæpi, nec tamen ubi claudicarent ſufficienter potueram invenire. Impatiens ergo Lipſienſia Acta undique domi, foriſque inquirebam, cum elapſo Novembri ab Amiciſſimo Viro P. Magiſtro Gaudentio Robetti oblatæ ſunt in ſuo Parma huc adventu. Et cum in iiſdem legerim mei Opuſculi relationem Menſi Februario inſertam, exinde ad Kalendas Majas Domini Papini *Obſervationes quaſdam circa materiam ad Hydraulicam ſpectantes &c.* luſtravi, & in iis ſecundam propoſitionem libri ſecundi meæ Aquarum Fluentium Menſuræ anno 1690. editæ, ſumma humanitate, & urbanitate ad trutinam revocatam potiùs, quàm impugnatam deprehendi; idque eatenùs, quatenùs ſententia mea cum quadam ejus propoſitione iiſdem Actis Eruditorum anni 1690 inſerta, prima facie pugnare ipſi videretur, quam idcircò in his obſervationibus demonſtrandam aſſumit.

Non mediocri igitur ſum affectus gaudio, cum viderim ipſius propoſitionem

Digitized by Google

Medicina Hydroſtatica



Digitized by Google

ſitionem, licèt indubio argumento oſtenſa fuiſſet, meis demonſtrationibus quidquam non auferre; & quòd ſubtiliſſimus Auctor hoc ſolummodo dubium ſibi demi poſtulet, cætera alioquin mea, uti demonſtrata probaturus.

Ut igitur, quantùm in me eſt, Clariſſimo Obſervationum dictarum Auctori morem geram, & ſatisfeciſſe certus ſim, tuum Judicium expoſtulo Vir Celeberrime, utpote ejus, qui optimo quidem jure inter ſummos noſtri Ævi Mathematicos ab omnibus citra invidiam recenſeris. Etenim in hac Epiſtola, quam ope Eruditiſſimi Maliabechii indubiè tibi redditam fore confido, ea omnia inſerta legere, & ponderare non dedignaberis, quæ ad oppoſitiones diluendas, & dubietates tollendas maximè pertinere mihi viſa ſunt, ut ſi ea talia exiſtimaveris, quæ nutantem in meis aſſertis D. Papini animum firmare valeant, ad eundem hujus Epiſtolæ exemplar pervenire cures, vel ad Eruditiſſimos Actórum Lipſienſium Auctores, quos meo nomine roges vellim, ut eodem libro, quo objectiones, ſimul & reſponſiones inſerant.

Sed ne te longiùs morer patiare, ut Obſervationes Papinianas in Actis Anni 1691. Menſe Majo pag. 208. 209, & 210. impreſſa à verbo ad verbum huc referam ſuis notatas numeris, ad quos reſponſiones meæ referendæ erunt. Tales atem ſunt:

Dion. Papini Obſervationes quædam circa materias ad Hydraulicam ſpectantes Menſi Februario hujus Anni inſertas:

In actis Eruditorum 1691. *Menſ. Febr. pag.* 74. *exhibetur demonſtratio, qua Vir Clariſſimus Dominicus Gulielminus Auctor libri de Aquarum fluentium menſura evincere conatur, quòd* Eadem ſit velocitas aquæ fluentis per aliquam ſectionem canalis inclinati, ac ſi fluxerit è vaſe per lumen ſimile, & æquale ſectioni, tantundem à ſuperficie aquæ remotum, quantùm ſectio ab horizontali per initium alvei. *Quùm autem ejuſmodi aſſertio prima fronte pugnare videatur cum eo, quod Ego protuli in Act. Erud. A.* 1690. *Menſe Majo pag.* 225., *ne hujuſmodi oppoſitio apparens plurimos lectores in ſuſpenſo relinquat, non abs re fore arbitror, ſi ejus, quòd nudè ibi aſſerueram Demonſtrationem hic ſubjungam, ſimulque oſtendam in præſtantiſſimo ſupradicto libro aliquid adhuc deſiderari, illud enim à doctiſſimo Auctore ſuſſectum iri confido, adeout Lectoribus circa has materias nihil in poſterum dubii relinquatur: meum igitur aſſertum, prout ex loco citato facillimè colligi poteſt, tale eſt*: Aquæ per tubum uniformem (1) ſemper plenum, & utrinque apertum fluentis velocitas dimidia eſt illius, quæ flueret è vaſe per foramen ſimile, & æquale diametro tubi tantundem à ſuperficie aquæ remotum, quantùm apertura inferior, ſive ſectio tubi ab horizontali per initium ejuſdem tubi ducta.

Sit ex. gr. Tubus uniformis EF, utrinque apertus, fundo vaſis ABCD adferruminatus, dictumque fundum penetrans, non verò inferiùs deſcendens, vas autem ita ſit aqua plenum, ut (2) *tubus EF ab ea continue tegatur, & repleatur: atque horizon-* Fig. 1.

 tales

tales per initium tubi ductæ ſint in ſuperficie aquæ, eademque altitudo ſemper conſervetur. Sit præterea foramen G in fundo ejuſdem vaſis horizontaliter poſito, ſimile, & æquale diametro tubi E F: aſſero, quòd velocitas per dictum tubum ſubdupla eſt velocitatis aquæ per foramen G erumpentis. Certiſſimum enim eſt, quòd Aqua per totam longitudinem tubi E F (3) æquabili celeritate deſcendit: partes enim inferiores deſcendere nequeunt, niſi partes ſuperiores ſpatium relictum eodem tempore repleant. Inde ſequitur, (4) quòd aqua egreſſa, ſi horizontaliter moveri pergat (5) cum celeritate per deſcenſum acquiſita, tempore æquali tantundum ſpatii percurret, quantum deſcendendo percurrit: uterque enim motus debet eſſe uniformis, & ejuſdem celeritatis. Galileus (6) autem demonſtravit, quòd gravia celeritate per deſcenſum acquiſita debens horizontaliter percurrere duplum ſpatii, quod tempore æquali deſcendendo percurrerunt. Ergo velocitas aquæ per E eſt tantùm dimidia ejus, quam grave per deſcenſum ex eadem altitudine acquireret, erit igitur etiam ſubdupla velocitatis aquæ per G. conſtat enim, quòd velocitas aquæ per foramen G æqualis eſt celeritati acquiſita à gravi per deſcenſum ex propoſita altitudine: Ergo aqua per &c. q. e. d.

Poſſet hæc eadem veritas demonſtrari per numerum impreſſionum à gravitate acceptarum, ratione habita ad quantitatem materiæ motæ; verùm brevitatis gratia talia omittam, quùm ſuperior demonſtratio à nemine negari queat: ſicque conſtet, (7) fluida non ſemper eaſdem ſequi leges, quas de gravibus deſcendentibus Galileus demonſtravit: ac proinde non ſatis firmum eſſe fundamentum, quo nititur Clariſſimi Gulielmini demonſtratio.

Fateor tamen (8) quòd caſus ab excellentiſſimo viro propoſitus à noſtro caſu non nihil differt: Ego enim ſuppono tubum ſemper plenum, & non niſi in duobus extremis apertum; ipſe verò ſupponit canalem, qui non ſolum per duo extrema aquæ recipiendæ, & emittendæ patet; verùm per totam ſuam longitudinem detectus eſt, aëremque admittit. Quanquam autem non poſſit negari hæc caſuum diſparitas: reſtat tamen ſatis magna (9) convenientia ex natura fluidorum petita, ut clariſſimi viri aſſertio ſtare non poſſe, videatur: (10) ſemper enim variè afficiuntur partes in canali ſuperiores pro varia partium inferiorum celeritate: res autem aliter ſe habet in gravibus de quorum deſcenſu tractavit Galileus. (11) Id quò clariùs percipiatur attendamus ad figuram ſecundam, ubi A B ſupponitur eſſe canalis fundum per totam longitudinem æquale, cujus latera cum fundo conſtituant angulos rectos: Sitque longitudo A B diviſa in 4. partes æquales in punctis C, D, F: conſtat, quòd grave deſcendens per planum AB, acquiret in B velocitatem duplam illius, quam acquiſiverat in C. Si igitur aqua ſequatur eaſdem leges, deberet in B replere in canali partem tantùm dimidiam ejus, quam replebat in C: ratio manifeſta eſt, quòd, cum eadem aquæ quantitas per totam longitudinem canalis eodem tempore tranſeat, ipſius altitudo tanto minor eſſe debet, quo major eſt ipſius velocitas, ut longitudo columnæ aqueæ in B tranſeuntis, compenſetur per craſſitiem illius, quæ in C tranſlabitur; ac proinde, ſi aqua Fig. 2.

in

in C repleat canalem uſque ad E, dum pervenerit in B, non pertinget niſi uſque ad G, ſupponendo B G ſubduplam ipſius C E: patet igitur, quòd aqua in E non deſcendet per planum E H parallelum ipſi C B (quod tamen fieri deberet, ut leges à Galileo demonſtratæ hic locum haberent) ſed deſcendet per planum multò magis declive: quin etiam declivitas illa non eſt æqualis per totam canalis longitudinem: ſed quò magis ad initium accedimus, eo majus fit celeritatis augmentum in certa canalis longitudine data. Mihi igitur videtur Clariſſimus Author (12) *in eo erraſſe, quòd de fluidis deſcendentibus eodem modo philoſophandum cenſuerit, ac de gravibus à Galileo ſuppoſitis, atque ad perfectionem operis ipſi quærendum reſtat,* (13) *qualis ſit linea EG, ſecundùm quam ſuperficies aquæ in canali defluentis incurvari debet: hinc enim cognoſcemus, quanta ſit area aquæ in quocumque loco fiat ſectio, atque ex variis ſectionum areis ſtatim etiam colligentur varia velocitates in iiſdem locis. Nullus dubito, quin Vir Excellentiſſimus veritatis amans monitum hoc æqui, bonique conſulat.*

Igitur ex allatis Domini Papini obſervationibus perſpicuè videre eſt, unicum inter ipſum, & me diſſidium eò recidere, ut ipſe meam propoſitionem falſam eſſe authumet, qua ſtatuo, quòd: *Eadem ſit velocitas aquæ fluentis per aliquam ſectionem canalis inclinati, ac ſi fluxerit è vaſe per lumen ſimile, & æquale ſectioni, tantundem à ſuperficie aquæ remotum, quantùm ſectio ab horizontali per initium alvei.* E contra verò ſuum aſſertum eſſe veriſſimum, quo ait: *Aquæ per tubum uniformem ſemper plenum, & utrinque apertum fluentis velocitas dimidia eſt illius, qua flueret è vaſe per foramen ſimile, & æquale ſectioni tubi, tantundem à ſuperficie aquæ remotum, quantum apertura inferior, ſive ſectio tubi ab horizontali per initium ejuſdem tubi ducta.* Atque, ut contradictionis occaſionem ante omnia tollam, primò oſtendam propoſitionem D. Papini cum mea optimè ſtare potuiſſe, cum diverſæ ſint utriuſque ſuppoſitiones. Secundò ejuſdem propoſitionis falſitatem, & erroris occaſionem aperiam; & Tertiò veram proportionem velocitatis in tubo ad velocitatem cujuslibet ſectionis in fundo vaſis perforatæ indicabo, nulla habita conſideratione ad ſimilitudinem, aut diſſimilitudinem ſectionis tubi, & foraminis, quæ in hoc caſu proportionem velocitatis nullatenùs variare poteſt.

I. Itaque ſupponit Excellentiſſimus Papinus (n. 1.) Aquam per tubum F E ita fluere, ut ejus cavitatem ſemper repleat, ex quo infertur, æquabilem fore aquæ celeritatem per tubum *ex coroll. 2. prop. 5. lib. p. meæ aquarum fluentium menſuræ.* Cum autem aqua naturali gravitate tantummodo affecta, motu accelerato deorſum feratur, conſtat, velocitatem æquabilem in aqua tubi neceſſario eſſe à naturali diverſam, & conſequenter talem ſupponi in caſu propoſitionis D. Papini; nullatenus verò à me in meo tractatu, ſed liberam ab omnibus impedimentis, & integram, ut apertiſſimè innui in def. prima lib. primi, quæ talis eſt. *Nomine aquæ fluentis eam intelligo, quæ* propriæ tantùm *gravitatis mo-*

mento

mento per alveos fluminum, vel canalium verſus centrum gravium deſcendit, & in axiomate primo ſecludo impedimenta *contactus, adhæſionis, & extrinſeca quæcumque.* Si ergo propoſitio Viri clariſſimi ſupponit momentum accelerationis alteratum; mea autem liberum: evidens eſt neutram neutri obſtare, & utramque in diverſis etiam proportionibus veram eſſe potuiſſe. Sed caſuum diſparitatem agnoſcit & ipſe (num. 8.) ideoque in hoc non diutiùs immoror; ſed tranſeo ad examinandam ejuſdem propoſitionis demonſtrationem.

II. Dubia mea ut æqui, bonique conſulat rogo Clariſſimum Oppoſitorem, quæ non alia ratione huc refero niſi, ut ſi aliquis aſſertam (num. 9.) *magnam convenientiam ex natura fluidorum petitam* inter utramque propoſitionem mordicùs retineret, videat ex probationis defectu aſſertum Papinianum meæ demonſtrationi non officere. Non reprobo igitur (num. 3.) Aquam per tubum E F ſemper plenum æquabili celeritate deſcendere; jam enim id nuperrimè oſtendi, ſed addo ob aeris contra orificium E reſiſtentiam, eo pacto, quo in ſiphonibus recurvis ſuctoriis æqualium brachiorum ſuſpenditur aquæ effluxus; & inæqualibus exiſtentibus brachiis, velocior contingit per brachium evehens, ſi alio longius ſit, remanente tamen (eadem de cauſa, aliiſque circumſtantiis) ſemper plena ejuſdem cavitate. Sicuti probo, *quod aqua* (num. 4.) *ab orificio E egreſſa, ſi horizontaliter moveri pergat cum celeritate per deſcenſum acquiſita tempore æquali, tantundem ſpatii percurret, quantum deſcendendo percurrit*: Non probo tamen, quòd *moveri pergat* (num. 5.) *cum celeritate per deſcenſum acquiſita.* Nam cum ſupponatur aqua uniformiter moveri per tubum F E, nullum fieri celeritatis additamentum, ſed eandem, quam ſortita eſt in E velocitatem, retinebit in F, eandemque ſervabit ſi moveri pergat per horizontalem. Addit deinde (n. 6.) *Galileus autem demonſtravit, quod gravia celeritate per deſcenſum acquiſita debent horizontaliter percurrere duplum ſpatii, quod tempore æquali deſcendendo percurrerunt. Ergo velocitas Aquæ per* E &c. Hic libenter quærerem à D. Papino, cur Galilei propoſitiones huc referat agens de motu fluidorum, cum mihi objiciat (num. 7.) *fluida non ſemper eaſdem ſequi leges, quas de gravibus deſcendentibus demonſtravit Galileus*: & inferiùs (num. 12.) judicet me *in eo erraſſe, quòd de fluidis deſcendentibus eodem modo philoſophandum cenſuerim, ac de gravibus à Galileo ſuppoſitis.* Nam ſi eodem modo de gravibus fluidis, ac de ſolidis deſcendentibus philoſophandum non eſt, & ſi fluida non ſemper ſequuntur leges gravium ſolidorum deſcendentium; non rectè ipſe advocat propoſitiones Galileanas in ſuæ demonſtrationis ſubſidium, quæ idcircò, vel ipſius judicio corruet, niſi priùs probet, caſum ſuæ propoſitionis leges gravium ſolidorum deſcendentium admittere, quod tamen difficillimè præſtabit, cum leges accelerationis impleantur in gravium liberorum, non verò impeditorum, aut

aut pulſorum (ut ipſum ſupponere oſtendimus) deſcenſu. Sed per me liceat propoſitiones Galilei gravibus quibuslibet liberè cadentibus applicare; prout verè nullus eſt error in earum uſu, quod inferiùs demonſtrabo, dummodo non ultra terminos, & ſuppoſitiones earum uſurpentur.
Fig. 3. Scio Galileum *ad ſchol. prop. 23. de motu accel.* oſtendiſſe adductam propoſitionem, ſed ſenſus eſt, quòd ſi grave cadat ab A in B velocitate accelerata, ita ut in B ſit gradus maximus, & ex B ſervato eodem velocitatis gradu reflexus motus per B C uniformis ſit, ſpatium B C duplum ſpatii A B à mobili permeari tempore æquali ei, quo ab A cecidit in B; & hoc quia, ut in prima propoſitione oſtendit, gradus maximus velocitatis in B duplus eſt illo gradu velocitatis, quem habuiſſet idem mobile, ſi ab A, eodem deſcenſus accelerati tempore, eandem lineam A B motu æquabili percurriſſet. Hæc autem propoſitio quomodo huic caſui applicanda ſit, mihi quidem dubium eſt, & fortaſſe aliis. Etenim, ut locum haberet, opportuiſſet oſtendere motum per
Fig. 1. F E eſſe acceleratum, ut à Galileo ſupponitur, quod tamen contrarium eſt ſuppoſito propoſitionis, quæ motum vult æquabilem; & tunc licuiſſet arguere velocitatem in E, vel G duplam eſſe ejus velocitatis, ratione cujus aqua ab F in E potuiſſet deſcendere æquabiliter *eodem tempore*, quod inſumeretur, ſi ab F deſcenderet in E motu accelerato; hæc autem uniformis velocitas an ſit eadem ipſa velocitas E, eandem involvit difficultatem, ac propoſitio, quæ demonſtrari intenditur; non enim ſufficit, quòd motus per univerſum tubum F E ſit uniformis, ut ſit ſyncronus motui orto ex aggregato diverſarum velocitatum inter F, & E; alias non diſtinguerentur gradus velocitatis inter diverſas velocitates uniformes, ut ex ſe patet. Quare in hac demonſtratione primus error eſt, quòd Clariſſimus Auctor ſupponat motum aquæ per tubum F E ſimul & uniformem, & acceleratum, quod eſt impoſſibile; & ſecundus, quòd ſupponat idem, quod probandum eſt; videl. gradum velocitatis æquabilis per F E ſubduplum eſſe gradus maximi in E per accelerationem acquiſiti, vel quòd non diſtinxerit gradus motuum æquabilium, ut neceſſarium fuiſſet.

Sed, ut monita Humaniſſimi Cenſoris paribus monitis compenſem; liceat adnotare, quòd ejus propoſitio in terminis, quibus enunciatur, nulla alia conditione adjecta, caſum habet impoſſibilem, vult enim (nu. 1.) ſummitatem tubi F congruere aquæ ſuperficiei, & tubum FE ſemper plenum retineri, quæ duo ſimul haberi nequeunt; aër enim deprimendo aquæ ſuperficiem in F tubum neceſſariò ſubingredietur, cum tenuiſſimum aquæ velum, & veluti punctum aqueum in F aëris preſſioni nullatenùs reſiſtere poſſit; & idcirco tubus aqua ſemper plenus haberi non poterit, ut ſupponitur. E contra verò, ſi ſalvanda ſit ſuppoſitio tubi pleni; appertura F deprimenda erit infra aquæ ſuperficiem, ſicque (n. 2.) *horizontales per initium tubi non erunt in ſuperficie aquæ*, ut ſupponitur, & exigitur ad determi-

nandam velocitatem in E. Neque reſpondeti poteſt, propoſitionem eſſe abſtractam, & veluti in vacuo demonſtrabilem, ut apud Mathematicos conſuevit; nam cum tubus ſemper plenus ſupponatur, id citra aëris impedimentum ad E obtineri non poteſt, qui ſi ob amplitudinem tubi, aut alia de cauſa, intra ipſum penetrare poſſit, ſtatim corruet ſuppoſita tubi plenitudo, & conſequenter motus uniformitas. Neque adhuc poteſt præſcindi in F, & admitti in E; quia non contingeret motus deorſum ab F in E, ſed inverſus ſurſum ab E in F: & ſi præſcinderetur in E, & admitteretur in F, duplici nomine auferretur plenitudo tubi, tum ob ablatum impedimentum ad E, tum ob vividiorem preſſionem ad F, ut ex Aëreoſtatica, & Hydroſtatica patet.

Tolli tamen poteſt prædicta caſus impoſſibilitas, & defectus ſuppleri addita conditione, quæ fortaſſe diſſimulata eſt, videlicet, quòd vas ABCD in parte ſuperiori congruenter ad aquæ ſuperficiem clauſum ſit lamina AD; & ne impediatur fluxus, & debita aquæ ſubminiſtratio, quòd vas ſemper plenum retineatur à fiſtula lateraliter adnexa, & communicante QRS, ſuperiori orificio patente, & in eodem cum AD plano, quæque ſemper plena retineatur durante fluxu per tubum FE.

Solùm igitur obſervo ſuperflua requiri in propoſitione; nam exigitur orificium G ſimile, & æquale diametro tubi (meliùs ſectioni tubi ad axim erectæ) cum tamen velocitas non dependeat à magnitudine ſectionis G, aut foraminis E, ſed ab altitudine aquæ &c. qua manente eadem eſt velocitas in quibuslibet punctis foraminis G majoris, aut minoris, ſi, ut convenienter eſt ſupponere, horizontale ſit. Perperàm igitur cenſetur à D. Papino demonſtrata ſua propoſitio, & exinde everſa mea, quæ cum Galileo motum aquæ, utpote gravis, acceleratum ſupponit, & eadem, qua ipſe, proportione.

III. Utque omnem dubitationem removeam; oſtendam velocitatem E velocitati G æqualem eſſe, licèt tubus EF ſit ſemper plenus, ut à D. Papino ſupponitur, ex quo apparebit mirabilis quædam Naturæ conſtantia, quæ quantùm in ſe eſt, ſemper ſibi uniformis, ad ſtatas leges corporum naturalium phœnomena dirigit. Antequam autem ad propoſiti demonſtrationem accedam:

Primò, ſuppono à nemine negari poſſe, Aërem ad utrumque orificium F, & E æqualia exercere ſuæ preſſionis momenta; paucula enim differentia, quæ intercedit inter aëris altitudinem ſupra F, & ſupra E, adeò modica eſt, ut jure à mathematicis, in caſibus hujus generis negligatur. Si tamen aliquis eam quoque in cenſum vocare maluerit, ex demonſtratione apparebit, quonam pacto id fieri poſſit.

Secundò, Aëris preſſionem limitatam eſſe, cui in libra naturali, juxta eximii Synclarii phraſim, ſeu in tubo Torricelliano invenitur æquivalens in aliis corporibus fluidis, mercurio, aqua, oleo, ſpiritu vini &c. quæ ad certam altitudinem, juxta ipſorum ſpecificam gravitatem, cum

cum aëris pondere æquilibrantur: ab experimentis autem patuit aëris preſſuram æquilibrari cum preſſione aquæ, ſi hæc ad altitudinem ped. 33, vel circiter, intra tubum Torricellianum elevetur, ita ut æqualis ſit preſſio aëris in tota ſua altitudine, ac aquæ in altitudine ped. 33.

Tertiò, motum fieri à potentia; impediri à reſiſtentia, nullo habito diſcrimine inter potentias ab hoc, vel illo corpore procedentes. Hinc quodcumque ſit corpus movens, quodcumque reſiſtens; motus non variatur, & pro uno corpore aliud ſubſtitui poteſt, ſi in eis homologè æquales ſint & potentiæ, & reſiſtentiæ exercitæ in mobili; paſſim enim id uſurpatur à Mechanicis, qui potentiam in ſe, non corpus habens potentiam conſiderant.

Jam ut propoſitum demonſtremus; Quoniam contra orificium E premit aër, intelligatur ſiphon F E reflexus in C, & indè exporrectus ſurſùm in H; ita ut altitudo orificii H ſupra E tanta ſit, ut tubus G H ejuſdem diametri, ac F E tantum aquæ continere poſſit, quantum ſufficit ad æquilibrandam totius aëris preſſionem .v. pedes 33: & ſupra H mente intelligatur dempta omnis preſſio aëris; Producatur itidem tubus R S in I, & altitudo S I æqualis ſit altitudini tubi G H, ita ut, videlicet, tantum aquæ contineat, quantum valet ad premendam ſuperficiem aquæ S æquali momento, ac premit tota aëris altitudo; & ſupra I præſcindatur, ut ſupra, omnis aëris preſſio. Si mavis intelligantur producta ſuperiùs latera vaſis A B C D ad prædictam altitudinem ut .ſ. tantum aquæ in altitudine poſſint continere, quantum continetur in C H, vel S I; & deinde intelligantur aqua pleni, tam uterque tubus I S R Q, & E C H, quam vas A B C D; evidens eſt ex ſupradictis, quoniam preſſioni aëris in S ſubſtituta eſt preſſio æqualis cilindri aquei I S, & preſſioni aëris in E ſubſtituta eſt æqualis preſſio cilindri aquei H E, motum, ſive velocitatem aquæ in tubo invariatam iri; & ſi ſemper plenus retineatur tubus I S, continuatum etiam motum in eodem tubo F E, ut priùs: quare cum tubus E C H uniformis ſupponatur tubo F E, eadem velocitas, quæ eſt in F E, ex ſupra demonſtratis, continget in G H, & in exitu ab orificio H; qua ergo velocitate aqua erumpit ab H, eadem erumpit etiam ab E, etiamſi auferatur tubus E C H, ducta ergo per H horizontali, ſecante tubum S I in M; patet per demonſtrata à me *ad prop. prim. lib. 2. Aq. flu. menſ.* aquam ea velocitate fluxuram ex H, ac ſi cecidiſſet ab I in M; ſed I M eſt æqualis P G, (cum .n. S I, C H ſint æquales, & æquales partes H L, S M; etiam reſidua I M, L C æquales erunt; eſt autem L C æqualis P G; ergo & I M æqualis erit P G) ergo aqua exit ex H, ſive ex E ea velocitate, quam habuiſſet, ſi cecidiſſet ex P in G; ſed etiam velocitas in G eadem eſt, ac ſi ex P in G cecidiſſet; ergo velocitas in E æqualis eſt velocitati in G. Quod &c.

Fig. 1.

Videat ergo Excellentiſſimus Oppoſitor, quàm bellè etiam in hoc caſu vera ſit impugnata mea propoſitio; quòd ſcilicet *Eadem ſit velocitas*

locitas aquæ fluentis per aliquam ſectionem canalis inclinati, ac ſi fluxerit è vaſo per lumen ſimile, & æquale ſectioni, tantundem à ſuperficie aquæ remotum, quantùm ſectio ab horizontali per initium alvei, ſi tamen loquamur de ſectione inferiore tubi E; nam ſi ſectiones F, N, O aſſumantur, utique de illis non verificabitur mea propoſitio, ſed, ut inferiùs conſtabit, velocitates in F, N, O, ſunt violentæ; reguntur enim à velocitate orificii E, quæ ſola naturalis eſt.

Quam autem conſonet prædictæ demonſtrationi experimentum ipſum mirabile eſt; ut enim his diebus propoſitionis oſtenſæ veritatem, & demonſtrationis vim explorarem, vas ligneum ABC accepi, & foramini, veluti in E, perforato, tubum uniformem vitreum FE inclinatum aptavi, obductis undiquè glutine rimulis; & repleto aqua vaſe, ita ut ſummitas tubi F eſſet juxta ſuperficiem aquæ, digito priùs obturatum orificium E reſeravi, & ſubminiſtrata aqua, ut ad eandem horizontalem aquæ ſuperficies maneret, fluxit aqua per tubum FE, ſed ita (quòd ſuperiùs monui) ut aër ad partes F ſubingrederetur, nec tubus plenus flueret. Itaque tantillùm reſecui tubum in parte ſuperiori, v. g. ad N, ut ſcilicet latum circiter digitum demerſum eſſet ſuperius orificium infra aquæ ſuperficiem; & adhuc penetravit aër ſuperior, & tubus ex parte exinanitus. Tandem reſectus tubus ad duos circiter digitos plenus fluxit, & aqua intra certum tempus fluens collecta, & lance ponderata eſt, quæ eadem quantitas æqualibus quibuslibet temporibus adamuſſim reddita fuit ab orificio E, reſecto magis & magis tubo, donec ejus nihil remaneret præter orificium E: ſignum evidens eandem omninò fuiſſe velocitatem ſectionis E ſub majori, minori, & nulla tubi EF longitudine, ut demonſtratio mea prædicaverat.

Sed libet paulìſper inter Phyſicos divertere, inquirendo cauſam velocitatis in O, & N majoris, quàm poſſit imprimere ſuperincumbentis aquæ altitudo; prima etenim fronte paradoxum videtur, velocitatem orificii E regere velocitates ſuperiores, veluti per tractionem quandam, aut virtutem magneticam. Quò circa animadverto aquam intra tubum FE contentam ad utramque partem urgeri aëris preſſione, & veluti continuatam retineri; & exinde fieri, ut tubus plenus retineatur, quoniam tamen & aqua tubi FE gravitat juxta ſuam altitudinem v. g. PG; oritur, ut preſſio facta ad E per directionem FE componatur ex tota preſſione Aëris, ſive ex ipſi æquivalente aquæ altæ pedes 33, & ulteriùs ex altitudine Aquæ in vaſe exiſtente PG; igitur multo magis poterit, quàm preſſio facta ad E per directionem TE, vel CE, quæ æquivalet ſoli aëris preſſioni, ideſt aquæ pedum 33; quare niſi obſtaret preſſio aëris ad E, evidens eſt, velocitatem in E eam fore, quæ debetur altitudini aquæ pedum 33 auctæ altitudine PG, & poſſe imprimi à ſola aëris ſuperioris altitudine in ſingulis ſectionibus tubi FE, eam velocitatem;

quæ

quæ debetur aquæ cadenti ab altitudine pedum 33: quoniam verò reſiſtit aëris preſſio ad E, ita attemperantur ad invicem hujuſmodi momenta, ut æquilibratis utrinque ad F, & E æqualibus aëris preſſionibus, emergat in E ea velocitas, quæ ſolius altitudinis aquæ PG propria eſt. Cum igitur ob preſſionem PG aqua in E habeat velocitatem erumpendi, ſuæ preſſioni competentem, eamque in omnibus ſuis partibus; & Aqua in V minorem habeat ob minorem preſſionem, conſtar, cum æquales ſint ſectiones, inæquales verò velocitates, aquam E recedere debere ab Aqua V; plus enim aquæ exoneratur per E, quàm poſſit ſuggere ſectio V velocitate ſuæ preſſioni debita; ceſſat ergo inter E, & V reſiſtentia inferior, & conſequenter preſſio Aëris ad F urget aquam tota ſua vi inter tubum FE, quantùm permittit reſiſta ad E; cum autem ſupra oſtenſum ſit, velocitatem ad E eſſe ipſammet ſuperationem unius preſſionis ſupra alteram, conſtat preſſionem aëris ſuperiorem pellere aquam intra tubum FE velocitate E debita preſſioni PG, & conſequenter ceſſare omnem attractionem ad E, ſed totum hoc negotium abſolvi ab unica aëris preſſione. Ex quo conſtat, motum aquæ per tubum non eſſe purè naturalem, & pendentem à ſola aquæ gravitate, ſed violentum (ut ſuperiùs innui) ab impulſu aëris, ſimilemque illi, qui fit in anthliis ab emboli impulſu, qualem in mea propoſitione non comprehendi, quæ ſupponit aquæ motum *à ſola ejus gravitate ortum, liberumque ab omni prorſus impedimento.*

Sublata, ut cenſeo contradictionis cauſa, reliquum eſt, ut objectiones ipſas diluam, quarum prima eſt (num. 7.) *fluida non ſemper eaſdem ſequi leges, quas de gravibus deſcendentibus Galileus demonſtravit*, & inferiùs (num. 7.) ſubjicitur. *Mihi igitur videtur Clariſſimus Auctor in eo erraſſe, quòd in fluidis deſcendentibus eodem modo philoſophandum cenſuerit, ac de gravibus à Galileo ſuppoſitis.*

Secunda eſt illa, qua (num. 9.) aſſerit quòd licèt aliqualis ſit differentia inter ſuppoſita ſuæ, & meæ propoſitionis; *Reſtat tamen ſatis magna convenientia ex natura fluidorum petita, ut Clariſſimi Viri aſſertio ſtare non poſſe videatur*, redditque rationem, quæ ſit —

Tertia difficultas; Ait enim (numer. 10.) *Semper variè afficiuntur partes in canali ſuperiores pro varia partium inferiorum celeritate; res autem aliter ſe habet in gravibus, de quorum deſcenſu tractavit Galileus.*

Quartò Hanc aſſertionem (numer. 11.) probat peculiari demonſtratione his verbis: *Id quò clariùs percipiatur attendamus ad figuram ſecundam, ubi AB ſupponitur eſſe canalis fundum &c.* ferè uſque ad finem.

Quintò Aſſerit (num. 13.) quòd mihi *quærendum reſtat, qualis ſit linea EG, ſecundùm quam ſuperficies* Fig. 1. *Aqua in canali defluentis incurvari debet; hinc enim cognoſcetur, quanta ſit area in quocumque loco fiat ſectio, atque ex variis ſectionum*

areis ſtatim etiam colligentur variæ velocitates in iiſdem locis.

His igitur mihi ſatisfaciendum eſt, ut promiſſam à Clariſſimo D. Papino meatum demonſtrationum mereat approbationem. Ad primam difficultatem, ut opportuna reponam; duas mihi videtur oppoſitio præſeferre diſquiſitiones: altera an fluida deſcendentia accelerationem in ſuo motu ſubeant: altera an augmento velocitatis in aquæ deſcenſu admiſſo, eædem ſint accelerationis leges ac illæ, quæ de ſolidis tantummodò à Galileo demonſtrari creduntur.

Primum dubium immediatè tollitur ipſa Naturæ obſervatione. Aqua enim naturali ſua, & libera gravitate verſùs centrum deſcendens, majores ſemper obtinet velocitatis gradus, ut videre eſt in canalibus plurimùm inclinatis, in quibus ſectiones inferiores minores fiunt ſuperioribus, ſi omnia, quantùm fieri poteſt, removeantur impedimenta, quod Ego ipſe pluries obſervavi, & cuilibet libera eſt experiendi facultas. Ingenioſiſſimus Abbas Caſtellus hoc ipſum ſe obſervaſſe fatetur *in coroll. ſecundo ad prop. 4. lib. 2. Aquarum fluent. menſ. E fu coſa degna d'eſſere oſſervata, che creſcendo l'acqua per detto canale, la ſua altezza viva era diverſa in diverſi ſiti del Canale, cioè ſempre minore, quanto più ſi avicinava alla sboccatura*; quod idem eſt, ac dicere, velocitatem ſemper majorem, & majorem fieri pro majori diſtantia à principio motus; cum velocitates ſemper ſectionibus, & in caſu allati experimenti, altitudinibus ſectionum reciproca ratione correſpondeant. Ob id etiam aquæ per aërem liberè cadentes, ut illæ, quæ è tectis deſcendunt, communi obſervatione ſenſim gracileſcere deprehenduntur, adaucta ſcilicet velocitate, niſi earum funiculi (quod ſæpenumerò accidit in certa diſtantia) ab aëre diſpergantur. Id ipſum obſervet Diligentiſſimus in hujuſmodi experimentis Papinus in tubo ſuæ propoſitionis, dum aërem admittens plenus non fluit; & inveniet longè majorem orificii ſuperioris circumferentiam in ingreſſu ab aqua occupari, quàm in egreſſu ab inferiori; ut mihimet hoc experimentum inſtituenti obſervare licuit. Sed id apprimè norunt Molitores, aliique machinarum, quæ ab aqua moventur, Artifices; hi enim idcirco aquis ex alto cadentibus rotarum alas ſubjiciunt, ut velociùs girent, id ſe obtinere ſufficienter non poſſe à ſola ſæpenumerò aquæ gravitate, aut ex minimo caſu, quotidiana experientia edocti. Accedit curvitas ſalientium ſive horizontalium, ſive inclinatarum, quæ à duobus motibus, ſeu potiùs à binis motus principiis, aut directionibus neceſſario pendet, quorum motuum, ſi uterque æquabilis ſit nunquam curvitas lineæ ſuccedere poterit, eo quòd cum in noſtro caſu deſcenſus ſit proportionalis tempori ex motus uniformitate, erunt ſemper lineæ deſcenſuum proportionales ſegmentis aſſumptis in linea directionis, v. g. horizontali, in qua neceſſariò motus æquabilitas contingit; & conſequenter linea motus neceſſario

erit

erit linea recta: id quod cuilibet ſeriò perpendenti, præſertim verò D. Papino, qui in Statica plurimum ſtudii inſumpſit, patere poterit. Quibus omnibus addere liceat auctoritates Clariſſimorum Mathematicorum Torricelli, Balliani, Mariotte &c. qui non ſolum aquæ cadenti motum acceleratum; ſed & eaſdem regulas tribuerunt, quas de gravibus cadentibus generaliter demonſtravit Immortalis Galileus.

Itaque quò ad ſecundam diſquiſitionem, an videlicet eadem ſit proportio accelerationis in aqua cadente, ac in reliquis gravibus; ut hoc firmaretur, denuò recudenda eſſent principia Galileana, & interrogandus Doctiſſimus Oppoſitor, an etiam Aqua *à quiete recedens æqualibus temporibus æqualia celeritatis momenta ſibi ſuperaddat*; & an poſtularum ejuſdem Galilei ab eodem poſtea demonſtratum in additione poſthuma *ad prop. ſecundam de mot. accel.* admittat .v. gradus velocitatis ejuſdem aquæ ſuper diverſas planorum inclinationes acquiſitos tunc eſſe æquales, cum eorundem planorum elevationes æquales ſint; quæ niſi rejiciat, priùs ipſi redarguendæ ſunt parallogiſmi, demonſtratione Galilei, quam ad meas improbandas accedat; ſin minùs, aut evidentiora hydroſtatices principia comminiſcatur, aut ſupradictorum falſitatem ſeria demonſtratione convincat. Ad oſtendendum autem, eaſdem eſſe in gravibus fluidis, æquè ac ſolidis accelerationis regulas, videtur facere primò, quòd velocitates à preſſione prodeuntes creſcant juxta rationem ſubduplicatam altitudinum aquæ, eodem prorsùs pacto, quo de ſolidis cadentibus, aut per plana inclinata deſcendentibus oſtendit Galileus. Secundò quòd eadem, & univerſalis, quæcumque ſit, gravitatis, & accelerationis cauſa in omnibus corporibus (in eodem fluido, in quo ſit motus) deſcendentibus; proportionaliter eaſdem impreſſiones omnibus partibus materiæ indere debeat; ſed de hoc, Deo, dante aliàs fortaſsè cum ſtatica quædam principia nuperrimè à me excogitata, ad Naturæ phœnomena comparavero.

Sed præ cæteris tùm rationibus, tùm authoritatibus valeat ipſiuſmet ingenioſiſſimi Papini ſententia, qui in *Rotauli Suctore, & Preſſore Haſſiaco*, cujus accuratiſſimam deſcriptionem publicæ utilitati expoſuit *in Act. Erudit. Lipſ. Anni* 1689. *Menſ. Jun. pag.* 317. tubum verticalem aptatuius foramini, à quo erumpere debet aqua cum impetu, ait pag. 321. *Hæc igitur ſaltem erit obſervandum, ut tuborum capacitas eadem proportione augeatur, qua velocitas aquæ aſcendendo imminuitur; ſic enim fiet, ut eadem aqua quantitas eodem tempore præterfluat.* Et inferiùs docens modum, quo hujuſmodi tubi efformari debeant, optimè juxta Galilei doctrinam determinat tales, ut in eis omnium ſectionum diametri ſint inter ſe in ratione reciproca ſubquadruplicata ſuarum ſublimitatum, id eſt diſtantiarum à termino, ad quem ex præconcepto impetu poteſt elevari aqua. Quo poſito facilè per analyſim demonſtrare eſt, retardationem

nem aquæ in ſalientibus verticalibus procedere per numeros impares verſùs unitatem, & conſequenter accelerationem progredi per eoſdem numeros impares ab unitate deinceps; ſeu, quod idem eſt, velocitates aquæ in deſcenſu inter ſe eſſe in ratione ſubduplicata ſpatiorum decurſorum; & in aſcenſu, ſpatiorum decurrendorum; prout verè nullum aliud principium poteſt uſurpari ad oſtendendam aſſertam tuborum figuram. Ex quibus omnibus patet etiam D. Papinum eandem agnoſcere in gravibus fluidis, æquè ac ſolidis non ſolùm accelerationem, ſed & accelerationis leges, quas ego ex doctrina Galilei deſumpſeram.

Quare cum eadem methodo de fluidis deſcendentibus philoſophatus fuerim, ac de ſolidis Galileus; nullum mihi videor errorem incurriſſe; paratus alioquin D. Papino concedere (n. 7.) *fluida non ſemper eaſdem ſequi leges, quas de gravibus deſcendentibus Galileus demonſtravit.* Sed tunc tantummodò, cum eorum libertas in deſcendendo impeditur, quod & in ſolidis evenire extra dubium eſt; non enim accelerantur horologiorum authomatum æquipondia, dum deſcendendo iis motum conciliant; ſicuti nec velociores fiunt aquæ per ſiphones recurvos, & tubum Papinianum fluentes. Sed hæc motus retardatio doctrinæ meæ nullatenus officit, cum in impugnata propoſitione motum liberum ſuppoſuerim, de velocitate retardata verba facturus in parte, quam promiſeram, altera, quod deinde præſtiti *lib. quinto, & preciſè prop.* 10, *&* 11. Neceſſarium autem fuit ſaltem in ea, quam aſſumpſeram methodo, priùs ſupponere, aquam per alveos fluminum decurrentem nullis omninò obſtaculis retardari; tum quia phyſicè caſus non ſolùm eſt poſſibilis; ſed in canalibus, ut vocant, regularis frequens, ideoque non contemnendus; tum quia ſi non impoſſibile, ſaltem admodùm longum, & intricatum fuiſſet, omnium impedimentorum, v. g. adhæſionis partium aquæ ad invicem; attritus cum fundo, & ſpondis alvei; ſinuoſitatum in quibuslibet fluminibus obviarum, quæ accelerationi præ cæteris detrahunt; venti contra aquæ curſum flantis; alterius fluminis in alterum influentis; repagulorum ad riparum corroſiones impediendas, & cohibendum fluminis impetum in alveis fabrefactorum; inæqualitatis ſectionum &c. ſingulares theorias inſtituere; tum quia licèt hæc omnia præſtare deſtinaſſem, & perfectiſſimè demonſtraſſem, irritus fuiſſet labor, abſque præcognita quantitate, à qua detrahunt impedimenta; ideſt gradu velocitatis naturalis, qui deinde ab obſtaculo impeditur; tum etiam, quia, ut ingenii mei tenuitati hariolari mihi videor, ſine præcedentibus notitiis, & demonſtrationibus libri ſecundi, nunquam incidiſſem in propoſitionem ſecundam libri quarti, quæ experimento comprobata viam ſubſtravit Regulæ generali ad propoſitionem 7: ejuſdem libr. demonſtratæ, qua ad cujuſlibet fluminis aquam, ſive liberè, ſivi retardatè fluentem, huc uſque indomitam, ſub certæ menſu-

ræ

ræ jugum redigendam, veluti manuductus fui.

Ad ſecundam oppoſitionem: quod .v. non obſtante caſuum diverſitate, magna tamen ſit inter noſtras ſuppoſitiones *convenientia ex natura fluidorum petita.* Reſpondeo quòd ſi aſſerta convenientia petatur à conſimili fluiditate, gravitate ſpecifica, & ſimilibus, utique agnoſco, ex natura fluidorum omnimodam eſſe convenientiam; ſed hæc nullatenùs ad rem; ſi verò in ordine ad motum fiat hæc comparatio, tanta eſt inter D. Papini, & meàs ſuppoſitiones diverſitas, quanta inter motum naturalem, & violentum; impeditum, & non impeditum, qua major excogitari nequit, utpotè è diametro contraria.

Ad tertiam difficultatem, quæ pro argumento ſupradictum aſſertum probante enunciatur, quòd videlicet (num. 10) *ſemper variè afficiantur partes aquæ in canali ſuperiores pro varia partium inferiorum celeritate; res autem aliter ſe habeat in gravibus, de quorum deſcenſu tractavit Galileus.* Iterùm reſpondeo, quòd ſi verum eſt, ut ſupra evidenter oſtendi, fluida non impedita in deſcenſu accelerari, utique non video, qua ratione fieri poſſit, ut partes antecedentes, quæ majori velocitate affectæ ſunt remorentur ſubſequentes minori celeritate delatas; ſicuti enim ſi duo globi æqualis molis, & ponderis deſcenderent per planum inclinatum AD, aut per lineam perpendicularem AE, ita ut ab eodem principio A unus poſt alterum immediatè motum auſpicaretur; & per AD, vel AE liberè continuaret, globus C nullo modo impedire poſſet deſcenſum globi B; motus enim impedimentum habetur à corpore quieſcente, vel ad initar, & impreſſionem alterius mobilis recipiente, (ſub qua idea cadit motus contrarius, & minor; nunquam verò major in eadem directione) cum tanta ſaltem celeritate fugiat globus C, quanta ſubſequitur globus B; ideoque impoſſibile eſt, ut B aliquando vel minimum ſui motus poſſit communicare globo C, & conſequenter nec tantillùm impediri, aut affici globus C à globo B; ita applicando hanc doctrinam partibus aquæ antecedentibus, & ſubſequentibus, ſive inferioribus & ſuperioribus, impoſſibile erit, quòd partes aquæ inferiores (intellige ſemper in ſuo fluxu non impeditas) diverſimodè afficere poſſint, ſuperiores, ut à D. Papino nimis præcipitanter, aut citra meas ſuppoſitiones aſſeritur. Quod ſi impedimenta fundi, & ſpondarum, aut ſinuoſitatum alvei, aut quotumcunque corporum occurrentium, aut viſciditatis aquæ, objiciat; Iterùm reſpondebo, meas demonſtrationes juxta morem Mathematicorum, ab his omnibus, aliiſque ſimilibus, ut ſuperiùs inſinuavi, præſcindere; non enim animus fuit hujuſmodi accidentales alterationes ſigillatim perpendere, ſed *eatenùs canales in ſumma ſimplicitate conſiderare, ut indè certas Naturæ leges colligerem, quibus ad ulteriora progredi liceret,* ut in præfatione ſole clariùs profeſſus ſum. Cæterùm ſi in aquarum practica menſura impedimentorum

totum calculum exigat Eruditiſſimus. Vi ideat prop. 7. lib. 4. ejuſque corollarium, & præcitatas propoſitiones 10. 11. lib. quinti, in quibus impedimenta velocitatem retardantia in fluminibus conſiderata ſunt, & velocitatis, tam deperditæ, quàm reſiduæ menſura, ſimul, & ſemel in Regulam univerſalem redacta.

Sed quartò adhuc urget. *Id quò clariùs percipiatur* &c. ubi mediante figura 2. probare intendit. Aquam per canalem AB fluentem ab E non deſcendere per planum EH, ſed per aliud multo magis declive, id quod ex impugnata mea prop. 2. ſequitur, & Ego met. coroll. [illegible] ad eandem propoſitionem expreſſiſſimis verbis aſſerui. Sed addit ipſe, juxta Galilei doctrinam debuiſſe deſcribere liniam EH parallelam fundo canalis; quæ nuda aſſertio à me, & fortaſſe à Mathematicorum nemine exigit approbationem. Etenim Galilei doctrina eſt, gravia in deſcenſu accelerari, quod non poſſet ſuccedere, ſi aqua in fluxu per canalem AB ſua ſuperficie deſcriberet lineam fundo parallelam; cum enim evidens ſit, in eodem canali eundem ſtatum, ut ſupponitur, retinente, ſectiones velocitatibus eſſe reciprocas, ut ſubtiliſſimus Oppoſitor in hac ſua demonſtratione aſſumit, paterque ex mea propoſ. tertia lib. primi, conſequens eſt (ſuppoſita in omnibus ſectionibus eadem latitudine,) velocitates altitudinibus eſſe reciprocas: ſed ſi ſupponatur parallelismus ſuperficiei aquæ, & fundi canalis, omnes ſectionum altitudines erunt æquales; ergo etiam æquales erunt omnium ſectionum velocitates: quare in aqua non eſſet motus acceleratus, ut ex doctrina eximii Galilei ſupponitur, & demonſtratum eſt: Pugnat ergo cum ſententia Galilei aſſertio D. Papini, quæ vult lineam ſuperficiei aquæ parallelam fundo canalis, non mea, quæ exinde deduxit majorem inclinationem, & depreſſionem ejuſdem lineæ ſemper versùs fundum, quo major fit ab initio canalis receſſus. Ceterùm concordamus in aſſerendo declivitatem lineæ EC *non eſſe æqualem per totam canalis longitudinem, ſed quo magis ad initium accedimus, eo majus fieri celeritatis augmentum in certa canalis longitudine data*; id ipſum enim aſſerui in coroll. prop. 4. lib. ſecundi tanquam quid neceſſario conſequens, non ſolùm ex meis propoſitionibus, ſed ex à me aſſumpta Galilei doctrina.

Quintò. Tandem reſpondeo, quòd ſi mihi nil aliud quærendum reſtat, niſi *qualis ſit linea EC, ſecundùm quam diſponi debet aquæ ſuperficies in ſuo fluxu per canale inclinatum*; jam omnem numerum impleviſſe mihi gratulari potero; etenim propoſitionibus 7, 8, 9, lib. quinti abundè de hujuſmodi lineis verba feci, methodumque demonſtravi, qua ex certis datis per puncta, more aliarum hujuſmodi curvarum, inveniri, & deſcribi poſſint, ita ut dato quocumque canalis ſitu ſectionum altitudines indubiè venari valeamus.

Hæc ſunt Vir Illuſtriſſime, quæ ad tollendas oppoſitiones Clariſſimi D. Papini, meamque propoſitionem vindicandam opportuna exiſtimavi. Tuum ſit judicium, an intentum apud cordatos viros obtinuerim; mihi

mihi ſaltem nihil eorum, quæ neceſſaria duxi prætermiſiſſe videor, licèt plura in idem argumentum &c. congerere potuiſſem: ſed minutiora perſpicaciſſimæ tuæ menti offerre puduit. Supplebis Tu, ut etiam atque etiam rogo, tua incomparabili induſtria, quantum in me defuit ſubtilitatis, & doctrinæ; nam non alia ratione apologeticas haſce elucubrationes ad te Virum eximium tranſmittere decrevi, niſi, ut à tua ſublimi eruditione pondus acciperent, & ne doctiſſimum Oppoſitorem meum, quem magni facio, videter negligere.

Tu interim ne deſine me tibi addictiſſimum conſueta humanitate fovere, & in Reipublicæ literariæ commodum, & ornamentum, diu, fæliciterque. Vale.

Dabam Bononiæ 24. Decembris 1691.

EPISTOLA SECUNDA

HYDROSTATICA,

Illuſtriſſimo, atque Eruditiſſimo Viro

ANTONIO MALIABECHIO

Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ Bibliothecario,

Dominicus Gulielminus Felicitatem.

COntroverſia inter ingenioſiſſimum Virum D. Dioniſium Papinum & me circa materias ad Hydraulicam ſpectantes, de qua humaniſſimis tuis literis ante aliquot menſes monueras; poſtquam opportuna ad meæ demonſtrationis tutelam pro virili repoſuerim in Epiſtola ad magni nominis Virum Leibnitzium, ſtimulos addidit, & ſugeſſit fundamenta inquirendi methodum determinandæ velocitatis, qua potitur Aqua, vel aliud fluidum è ſiphonibus ſuctoriis erumpens: Et cum fortè fortuna Acta Eruditorum Lipſienſia nuper in hanc Urbem invecta, pretio mihi comparaverim, inveni in Actis Anni 1690 Menſe Majo, pag. 225. examen Siphonis Wirtembergici a Nobiliſſimo Reiſelio inventi, à Clariſſimo Papino

inſtitutum, cujus occaſione hic Auctor quærens quantitatem Aquæ erumpentis è brachio evehente ejuſdem Siphonis, eam protulit propoſitionem, à qua oppoſitiones contra meum Siſtema menſurandarum Aquarum fluentium poſtea germinarunt. Cumque ejus veritatem mihi non probari, aſſeruerim in examine Papinianæ propoſitionis; immò eandem è ſuis genuinis principiis, ſecundùm tamen aliam proportionem demonſtraverim; è re mea fore judicavi, ſi intactam (quantùm quidem huc uſque mihi notum eſt) hanc Hydroſtatices, aut Hydraulices partem pro viribus exornatem: Quantum autem pauculis hiſce diebus in hujuſmodi ſtudiis præſtiterim tibi Viro Clariſſimo, ſummoque ob omnigenam, & exhauſtam eruditionem Italiæ noſtræ decori communicare decrevi, eò vel magis, quòd tibi ipſi, ante alios monenti, hanc ſcribendi opportunitatem maximè deberi mihi perſuadeo.

Eſt itaque propoſitum meum inquirere, qua ratione determinanda ſit in vulgaribus ſiphonibus ſuctoriis Aquæ velocitas. Pro cujus inquiſitionis fundamento ſupponam nonnullas propoſitiones hydroſtaticas, vel per ſe notas, vel aliorum Auctorum experimentis, & demonſtrationibus confirmatas: Harum prima ſit:

I. Fluida ejuſdem ſpeciei, vel gravitatis ſpecificæ æquilibrantur juxta altitudinem, nulla habita ratione ad amplitudinem, aut craſſitiem aquæ:
Fig. 5. Uti ſi Vas ABCD habeat tubulum communicantem DEF adnexum, liquor quilibet æquilibratur tam in vaſe, quàm in tubulo ad eandem horizontalem ABF, vel GH, nulla habita diſtinctione propter inæqualitatem diametrorum AB, IF, ſi tamen tubulus EF non ſit exiliſſimus; tunc enim Aqua in eo nonnihil aſcendet ſupra horizontalem AB: ſi verò Aqua, aut in Vaſe, aut in tubo altior ſit, & reſectus v. g. tubus in H; effluet ex H aqua, eo quòd tubus tam longus non ſit, ut ad exactum uſque æquilibrium Aquam poſſit continere.

II. Partes fluidi preſſæ, ſuæ preſſionis energiam exercent in quamlibet loci differentiam; effectum verò ad eam partem, ubi nulla, vel minor eſt reſiſtentia:

III. Fluida diverſæ gravitatis ſpecificæ tunc æquilibrantur, cum eorum altitudines reciprocam habent proportionem gravitatum ſpecificarum, & è contra: ut ſi in Vaſe ABCD ſit Aqua, in tubo EF oleum; tunc fiet æquilibrium, cum oleum in tubo EF tantò majorem habebit altitudinem, quàm Aqua in vaſe ABCD, quantò major eſt gravitas Aquæ gravitate Olei ſpecifica: Hinc

IV. Ita æquilibratur aër cum Aqua, ut hujus pedes circiter 33 æquiponderent preſſionem totius Aëris: Aqua enim hac de cauſa in tubis, vel ſiphonibus ad dictam altitudinem, ſi nihil obſtet, elevari poteſt, non ultra.

V. Immò contra orificia tubi aqua pleni, aër agit tota ſua preſſione; & ſi preſſio Aquæ, ſive potiùs velocitas, aquæ ad orificium, à quo erumpit, major ſit velocitate, quæ ipſi imprimi poſſet à preſſione aëris, continget fluxus; ſi minor, aqua urgebitur ſurſum; ſi æqualis, ſuſpendetur, ideſt immota remanebit.

His

Digitized by Google

His penſitatis ſequentia ſe ſe produnt:

I. In ſiphonibus æqualium crurum, quorum altitudo minor ſit pedibus 33. ſi aqua pleni ſint, nullus continget fluxus, ſed fluidum detinebitur ſuſpenſum: ſi verò crurum altitudo major ſit pedibus 33, continget effluxus ab utroque crure, donec aqua deſcenderit ad dictam menſuram.

In ſiphone enim ABC crura AB,
Fig. 6. BC ſint æqualia, ideſt orificia A, & C ſint ad eandem horizontalem AF, ſive eadem ſit utriuſque cruris altitudo BD; ſit autem orificium C immerſum fluido EH, & totus ſiphon ABC aqua plenus: Dico, etiamſi orificium A liberè propendeat in aëre, ex illo nihil fluidi effluxurum, ſi tamen crura AB, BC minora ſint pedibus 33: ſi verò majora; dico, quòd aqua per utrumque orificium A, & C deſcendet, donec altitudo aquæ in cruribus redigatur ad pedes 33.

Quoniam enim aër premit ad utrumque orificium ſiphonis A, & C tota ſua altitudine, aut, juxta aliorum placitum, vi elaſtica, & aëris preſſio integra æquiponderat altitudini pedum 33 aquæ, ſi excludatur preſſio aëris ad C, & reflexo tubo in CI ſubſtituantur in eo pedes 33 aquæ, ſive præciſiùs, quantum ſufficit ad æquipondium aëris, eadem ſequentur q æ priùs; invariatur enim momentum aquæ BC, & reſiſtentiæ aëris ſubſtituitur æqualis aquæ reſiſtentia. Eadem ratione, ſubſtituta, loco preſſionis, ſive reſiſtentiæ aëris ad A æquali altitudine aquæ AM in tubo AM reflexo, non variabitur quies, aut aquæ motus priſtinus; ſed in tubo recurvo ICBAM habetur quies propter æquilibrium factum ad eandem horizontalem IM; ergo etiam in ſiphone æqualium crurum ABC habebitur quies; ideòque non ſuccedet effluxus aquæ ab A, ſi tamen altitudo crurum BD minor ſit pedibus 33.

At ſi BD major ſit pedibus 33. & exceſſus ſit NB, ducta per N horizontali ONP, conſtat, aquam OA, vel PC æquiponderare preſſioni athmoſpheræ; quare intelligantur abſciſſi tubi OM, PI, ne poſſit in iis fieri aquæ altitudo major ea, quæ æquiponderat athmoſpheræ preſſioni. Et quoniam aqua BA majorem habet altitudinem, quàm OA, præponderabit BA, & deſcendendo urgebit ſurſùm AO, ideòque aqua per O effluet, & tandiù, donec ad eandem horizontalem OP depreſſa fuerit aquæ ſuperficies: Eodem pacto etiam in crure BC aqua deprimetur uſque ad eandem horizontalem OP: ſed ſupra oſtendimus, eodem pacto ſe habere motum, & quietem in ſiphone ABC, ac in OABCP; ergo etiam in ſiphone ABC aqua deprimetur uſque ad horizontalem OP, & conſequenter facto determinato aquæ effluxu per A, & C, ſuccedet quies, nec quidquam aquæ ampliùs effluet. Quod &c.

Notandum autem, quòd ſi aqua effluens è ſiphone BC poſſit augere altitudinem intra vas FG, non tantùm deſcendet aqua in crure BC, ac in BA; orificium enim ſiphonis ſemper intelligitur illud, quod ſuperficiei aquæ, cui ſiphon immergitur cohæret, ut ſatis, ſuperque notum eſt; ideòque, cum per elevationem aquæ in vaſe FG retrahatur ſurſùm orificium ſipho-

nis, abreviabitur crus CB, & conſequenter deſcenſus aquæ per ipſum non tantus fiet, quantus in AB.

Hinc conſtat, æquilibrium in ſiphonibus crurium æqualium univerſaliter non pendere ab æquiponderantia funiculorum aquæ AB, BC, ut ab omnibus hucuſque, quod ſciam, uſu patum eſt: ſed in ſiphonibus brevioribus ab æquipondio aëris exercito in ſumma altitudine B; quoties enim aëris preſſio æqualis in A, & C mutilatur ab æquali reſiſtentia BA, BC, reliquas preſſiones aëris in B ad partes oppoſitas agentis, hic ab A in B, illic à C in B, æquales eſſe neceſſe eſt; ideòque fore, ut ſuccedat omnimodè æquilibrium. Quòd ſi ad partes A ceſſet preſſio aëris, evidens eſt aquam effluxuram ab A non obſtante æqualitate brachiorum, & æquiſpondio aquæ in iis contentæ: Quo in caſu ducta horizontali BR, aqua in B eandem haberet velocitatem, quam haberet erumpens è vaſe, in quo altitudo aquæ eſſet IR. aqua enim aſcendens à C per CB in B excurrit ſenſim per omnes velocitates majores, & minores, quas imprimeret aqua mediantibus omnibus preſſionibus inter C, & R ſub horizontali IM, juxta ordinem parallelarum AC, OP, BR &c. ideoque in B habebit velocitatem IR, ideſt eam, quam haberet ſi ab I in R liberè cecidiſſet. Deſcendens verò à B in A adhuc augeret velocitatem, ita ut tubus AB non plenus flueret, & velocitas in A correſponderet velocitati in C, ſive altitudini pedum 33 aquæ.

II. In ſiphonibus inæqualium crurum aqua fluet è longiori crure, & quidem ea velocitate, qua erumperet è vaſe, cujus aquæ altitudo tanta, quanta eſt differentia crurum, ſi tamen crus longius non ſit majus pedibus 33.

Supponatur enim ſiphonis ABC crus BA productum in S, ita ut altitudo BV non excedat pedes 33, & ſiphon totus ſit plenus aqua, quæ continuò ſubminiſtrari poſſit à reſervatorio FG, in quo ſuperficies aquæ manens ſit FE: Dico aquam effluxuram ab orificio S ea velocitate, ac ſi flueret è vaſe per lumen ſub altitudine aquæ DV, differentiâ ſcilicet altitudinis crurum.

Reflexo enim tubo in ST, cujus altitudo ſit pedes 33: conſtat ex ſuperiùs demonſtratis, altitudinem aquæ TS ſupplere vices aëris prementis ad orificium S; quare per additionem tubi ST non variabitur priſtinus fluxus aquæ per ſiphonem CBS; ducta ergo per T horizontali TY, erit altitudo VZ pedes 33; ſed etiam DX eſt pedes 33; ergo DX, VZ æquales reunt: eſt autem DB minor pedibus 33 ex ſuppoſito; ergo punctum B erit infra Z, & conſequenter infrà T; quare aqua TS magis poterit, quàm BS; ergo propagabitur uſque ad B reſiſtentia aquæ TS, ideòque plenum retinebitur crus ſiphonis SB: & quoniam DV menſurat depreſſionem orificii S infra orificium C, eſtque XZ, vel IY menſura depreſſionis orificii T infra ſummitatem tubi I: fluet aqua ex T velocitate deſcenſus IY, eſt autem XZ, vel IY æqualis DV; ergo aqua ex T fluet velocitate deſcenſus DV, ideſt ac ſi flueret è vaſe, in quo altitudo aquæ eſſe DV: ſed ex demon-

Digitized by Google

demonſtratis, in ſiphone CBS fluit aqua eadem velocitate qua ex T; ergo ex orificio S fluet aqua ea velocitate, qua flueret è vaſe, cujus altitudo DV. Quod &c.

His demonſtratis, ſequitur primò, velocitates in ſiphonibus uniformibus inter ſe eſſe in ſubduplicata ratione differentiarum, quam habent ſiphonum crura, quam proportionem ſequenter etiam quantitates aquæ, ſi diametri ſiphonum inter ſe æquales ſint, & ſectiones ſimiles. Si verò ſectiones ſiphonum ſint quidem ſimiles; diametri verò inæquales, quantitates aquæ habebunt rationem compoſitam ex ea, quæ eſt duplicata diametrorum, & ſubduplicata differentiarum inter crura: Et generaliùs, rationem compoſitam ex ratione ſectionum, & ſubduplicata dictarum differentiarum. Quæ omnia, & alia plura ſatis manifeſta ſunt ex doctrina generali velocitatis aquarum, quam Ego *lib. primo aquar. fluent.* poſt Caſtellum demonſtravi. Sed & quantitates aquarum experimento comprobavi; à ſiphone .n. cujus crurum differentia fuit part. 714. ſpatio vibrationum 20 cujuſdam penduli, effluxere unciæ aquæ 24; & ab eodem cum differentia crurum eſſet part. 542. quantitas aquæ hauſtæ fuit unciarum $20\frac{1}{2}$. quæ proportio ſatis exactè congruit ſubduplicatæ differentiarum.

Sequitur ſecundò, quòd ſi venari velimus determinatam aquæ quantitatem, quæ à ſiphone dato, certo tempore, effluit; licèt exactiùs, & faciliùs ab experimento id expectari debeat, nihilominùs tamen nullo negotio præſtari poterit per Tabulam noſtram *ad calcem lib. 6. prædicti tractatus expoſitam.* Inventa enim crurum differentia, huic in Tabula, quæſitæ nomine *altitudinis aquæ*, correſpondebit ſpatium velocitati debitum, quod ductum in aream ſectionis dabit ſoliditatem aquæ unico temporis minuto effluentis, in menſura lineari, quæ pro libito in pondus, aliaſque liquidorum menſuras poterit tranſmutari; Hæc tamen menſura taxari debet conſideratione habita ad impedimenta pro varietate circumſtantiarum, præcipuè verò attritus aquæ cum ſuperficie interna ſiphonum; Cum enim, ut hi pleni fluant anguſtiores eſſe debeant, conſequens eſt, ut impedimentum contactus aliquando, præſertim verò in longioribus tubis ſenſibile quid demere poſſit velocitati, ſive accelerationi aquæ.

Huc facit experimentum à Doctiſſimo Mariotte relatum in ſuo libro Gallicè edito *de motu aquarum part. 2. diſſert. 2. poſt regulam pro menſura ſalientium.* Obſervat enim, quod ſi fundo ampli vaſis applicetur fiſtula perpendicularis, longa, ſed anguſta; plus aquæ è vaſe erumpere, quàm, ea ablata, per lumen in fundo vaſis inſculptum æquale orificio fiſtulæ. Hinc reſervatorio ABCD pedalis altitudinis & latitudinis, ejuſque fundo ad lumen E Fig. 7.
applicitâ fiſtulâ EF longitudinis ped. 3 ſed diametri ad E trium linearum, & ad F linearum $3\frac{1}{2}$, licèt, inquit ipſe, ſine fiſtula per lumen E trium linearum quatuor pintæ aquæ, aut paulò minùs, 60. ſecundorum horariorum ſpatio, erumpere debuiſ-

ſent

ſent juxta ab ipſo traditas regulas, & ab eodem lumine E ſub altitudine aquæ 4 pedum, quanta ſupponitur altitudo G F, aliàs prodiiſſent pintæ $8\frac{1}{5}$; adhuc tamen neque hæc, neque illa aquæ quantitas reddita eſt, ſed ea, quæ circiter media proportionalis eſt inter 4, & $8\frac{1}{5}$. Et rursùs ex tubo E F duorum pedum in longitudine, & 4 linearum in diametro ſub altitudine aquæ G E quatuor policum, hauſtæ ſunt menſuræ aquæ $11\frac{1}{2}$ qualium ex E ſine tubo erupiſſent $8\frac{1}{2}$: at ſuppoſito vaſe producto uſque F, vel ſub altitudine G E pedum 2, & policum 4, prodiiſſent 18. Hujus autem phænomeni cauſam aſſignat, quòd aqua in tubo acceleretur, trahatque ſua viſciditate aquam exiſtentem in vaſe A C, quæ viciſſim ſuſtineat lapſum aquæ per E F, ita ut, quæ ex actione, & reactione emergit aquæ velocitas, media proportionalis ſit, *geometrica tamen*, inter velocitates ſub deſcenſibus, ſive altitudinibus aquæ G E, G F.

Verùm, licèt in hac obſervatione concors ſim, adhuc tamen à ſtabilienda, hujus Auctoris regula, & aſſignanda cauſa, pluribus rationibus non leviter retrahor. Primò eo quòd, ſi vera eſſet aſſignata cauſa, cum velocitatis augmentum, & reſpectiva imminutio ab eodem principio dependeat; ideòque componatur ex æquali additione, & detractione, videtur, quòd debuiſſet reſidua velocitas potiùs reſpondere medietati arithmeticæ, quàm geometricæ ut fert obſervatio. Secundò, quòd impoſſibile cenſeam, ut in citata Epiſtola ad Clariſſimum Leibnitzium oſtendi, quòd velocitas aquæ inferioris agere poſſit in ſuperiorem: Tertiò quòd abſolutè authumem, augmentum velocitatis pendere à preſſione aëris ſuperioris; retardationem verò non aliunde oriri, quàm à reſiſtentia majore in tubis anguſtis & longioribus, qualis eſt aſſumptus in experimento, 4. linearum in diametro, & longitudinis 3 pedum, ut ipſemet experientiſſimus Mariotte inferiùs ſubdit; Quæ quidem opinio ex duobus aliis experimentis ibidem relatis confirmatur; nam cum tubus E F eſſet duorum pedum in longitudine, & $\frac{1}{8}$ unius lineæ in diametro, tantundem aquæ effluxit, quantum deinde, reſecto ad unum tantummodo policem tubo; impediente ſcilicet attritu, ut optimè ibidem notatur, omnem accelerationem. E contra verò applicato tubo E F longitudinis ſex pedum, & amplitudinis unius policis, vas cubicum A B C D pedale, exhauſtum fuit ſecundis horariis 37; ſecto verò tubo bifariam in H, ſecundis 45; & integrè reſecto ad E, ſecundis 95; ex qua obſervatione velocitatis mediæ proportio eruitur longè ſuperans medietatem geometricam, & ferè ad veram proportionem accelerationis integræ accedens; ut ex calculo liquere poteſt.

III. Ex antedictis facilè demonſtrare eſt, quòd *Si ſiphonis crus longius habeat altitudinem V B pedum 33, ea velocitate fluxuram Aquam ab orificio S, quam haberet aqua decidens ab I in R, ſive à D in V, etiam in hoc caſu differentiâ crurum; Si verò* Fig. 6.

crus

cruis longius excedat altitudinem pedum 33; non idcircò auctam fore velocitatem, ſed eandem ſemper, deſcenſus ſcilicet IR, duraturam.

Cum enim IC æquivaleat preſſioni totius aëris, ejuſque pars RC inſumatur in ſuſtinenda aqua in CB, reſiduum preſſionis aëris ad B, non majus erit, quàm IR, quæcumque ſit cruris longitudo. Idcircò notandum, quòd exiſtente altitudine cruris BS minore pedibus 33, tunc ſemper à preſſione aëris ad S impeditur conſimilis preſſio agens ad C, vel reſiduum ejus in B; & conſequenter alioquin futura velocitas, imminuitur. Cum verò BS eſt altitudinis præcisè pedum 33 (ſuppoſito ſemper quòd pedes 33 æquilibrent preſſionem aëris) tunc primò liberatur ab impedimento velocitas ad B; & preſſio aëris ad C non ab alia reſiſtentia patitur, quàm ab altitudine funiculi aquei BC; idcòque, cum ab eadem potentia motus velocior haberi nequeat, quàm per ſubtractionem omnimodæ reſiſtentiæ; ea ablata ad B per majorem productionem cruris BS, non poterit augeri velocitas in B; & conſequenter nec quantitas aquæ, quæ determinatur à velocitate, & à ſectione tubi in B. An autem adhuc duratura ſit tubi plenitudo in parte, ſive crure BS, anceps hæreo; videtur enim, quòd reſiſtentia aëris ad S certam partem tubi plenam retinere poſſit; è contra verò bullæ, quæ ab aqua aëre non preſſa erumpunt, & ad ſiphonis ſummitatem aſcendunt, tubi BS plenitudini officere videntur. Id unum confidentiùs aſſero, quòd ſi tubi plenitudo ſuperſtes ſit in aliqua parte cruris BS, fore ut ad orificium S non major ſit velocitas, quàm in B; ſi verò exinaniatur tubus, ita ut aër ad B per SB penetrare poſſit, neque deorſum trudi ab impetu aquæ ad B, ceſſaturum omnem fluxum in ſiphone.

In caſu tamen plenitudinis adhuc durantis augeri poterit velocitas in vertice ſiphonis B per ablationem, ſive decurtationem funiculi BC, veluti ſi flexura ſiphonis depreſſior fieret, aut ad horizontalem CA complaneretur; tunc enim haberetur maxima velocitas poſſibilis procedens ab aëre premente, ſi ob longitudinem cruris AS omnis auferretur aëris ad S prementis energia.

Prædictarum ſpeculationum veritatem, non inutile erit, nec injucundum alia via rimari; per partes videlicet tuborum, quibus ſiphon ſuctorius componitur; conſtat enim hujuſmodi ſiphones tubis binis perpendicularibus æquivalere, & uni horizontali prædictos connectenti; hinc, quis motus in perpendiculari deſcendente, quis in aſcendente, quis in horizontali, ſecundùm diverſas combinationes inveſtigabimus, ut exinde etiam pateant velocitatis fluidorum in tubis clauſis paſſiones, & ſimpthomata juxta caſuum diverſitatem.

Conſideremus igitur tubum perpendicularem, & uniformem ABCD plenum aqua, ſed non fluente: evidens eſt ex ſupradictis, ſi ſit in aëre libero æquè premi ab aëris pondere tam ad partes AB, quàm CD, & utrinque æqualiter ad ſenſum; quare ſi aquæ ABDC nulla eſſet gravitas, vel in ſpecie æqualis gravita- *Fig. 8.*

vitati aëris; ex æquali hinc indè preſſione, nullus contingeret motus; quoniam tamen verè aqua gravis eſt, & aëre gravior, toto ſuo pondere premit contra orificium C D, & juxta vires ab altitudine A C prodeuntes; quare præponderabit preſſio in C D coaleſcens ex preſſione aëris ſuperincumbentis orificio A B, & ex preſſione aquæ A D; cum igitur preſſio aëris æquivaleat altitudini aquæ ped. 33; addita altitudine A C, quæ ſupponatur v. g. ped. 4, erit tota preſſio in C D ped. 37: at quoniam pariter aër inferior premit contra C D tanta vi, quanta fert aëris altitudo, ideſt pedum 33 aquæ, & eadem reſiſtit fluxui per C D, ſi reſiſtentia ſubtrahatur à potentia, reſiduum hujus, qua videlicet aqua erumperet à C D, erit eadem altitudo aquæ A C; ex quo colligitur exitum, ſivè potiùs velocitatem in aëre libero à prædicto tubo, ratione augmenti, vel decrementi velocitatis oriundæ ab aëtis preſſione, eodem pacto fieri, ac in vacuo. Jam ſupponatur aqua fluere, & quantùm exigitur, ſubminiſtrari ad partes A B; duplex igitur diſtinguendus eſt caſus, primò enim combinari poteſt fluxui aquæ potentia, & reſiſtentia exercita ad utrumque orificium ab aëris preſſione; & ſecundò præſcindi: & ſiquidem præſcindatur, cum non poſſit ſupponi aqua in ſectione A B nulla affecta velocitate; etenim deberet eſſe infinita, ut *ex Schol. 3. prop. 8. lib. 5. mei Tract. de Aq. flu.* patet; ſi aqua in A B intelligatur aliquam habere velocitatem, hæc æquabitur velocitati debitæ certo deſcenſui, v. g. E F, & deſcriptis circa axim tubi productum C F E, utrinque quartis, ſive quadrato-quadraticis hyperboloidibus; erit area A I H B ſectio verticalis aquæ cadentis per tubum, ideoque non implebit orificium C D, nec tubus plenus fluet, quod idem accidet, ſi aër inferior propter tubi ampliorem diametrum ingredi poſſit ad ſpatia C A I, D B H replenda: nec tamen cum ſuperiori ad E propter velocitatem in A B, vel altitudinem aquæ ſupra A B exiſtentem poſſit communicare. Si verò, ut in primo caſu tubus intelligatur immerſus aëri, & propter ejus anguſtiam aër non poſſit ſubingredi, tunc equidem preſſio aëris hinc indè tubum plenum retinebit; fluet tamen, ut ſupra oſtendimus ea velocitate, quam tribuere poteſt altitudo A C, & quoniam fieri nequit, ut aqua in toto deſcenſu A C fluat velocitate C à ſola ſui gravitate orta, jam demonſtravimus in Epiſtola ad Pereximium Leibnitzium, aërem ſuperiorem urgere aquam ad A B tota ſua preſſione æquante aquam altam ped. 33, ut uniformis in toto tubo A D fiat velocitas.

Retentâ ergo tubi plenitudine, ſupponatur tubo A D adnecti alter tubus horizontalis D F ejuſdem ſemper diametri: conſtat, cum inæqualis ſit aquæ ſupra D, & E preſſio, mediam velocitatem per ſectionem D E fore minorem, quàm priùs fuerit per C D, in quo media æqualis eſt maximæ D, ideòq; non tantum aquæ fluere per D F, quantum priùs fluebat per A D, & conſequenter velocitatem in A D ex additione tubi D F nonnihil retardari: Exiſtente ergo *Fig. 9.* orificio

orificio E D, vel F H aperto, aqua fluet velocitate D H majori, quam E F, & inter E, & D majores, vel minores erunt velocitates, prout major, vel minor erit preſsio, in ſubduplicata ratione altitudinum; & adhùc durabit plenitudo tubi propter aëris ad F H, & A B æqualem preſſionem.

Sed ſi tubo D F alius adnectatur perpendicularis ſursùm vergens H K, quoniam aquæ in F G reflexus impetus talis eſt, ut ad horizontalem AN aquam attollere poſsit; ſequitur, eandem fore in tota ſectione F G velocitatem, quæ in L E, quanta ſcilicet competit deſcenſui B E, adhùc minor priſtina velocitate media in ſectione D E, vel F H, utpotè æquali minimæ E F; & proinde adhùc per flexuram tubi in F G retardari anteactam velocitatem in toto tubo A C M G; fieri tamen uniformem, utpotè æqualem velocitati maximæ deſcenſus B E: Multò magis producto tubo in I K retardabitur velocitas, quoniam eadem ratione, ea erit in I K velocitatis, quæ ex deſcenſu B O, vel N K orietur; ideòque cum ex ſuppoſita uniformitate tubi F K eadem ſit velocitas in I K, ac in F G; ex natura autem rei major eſſe deberet in F G, quàm in I K; ſequitur velocitatem F G retardatam eſſe, & ſolummodò æqualem ei, quæ in ſectione O P naturaliter eſſet ex deſcenſu B O, ideoque velocitas in toto tubo regetur à depreſsione ſectionis I K infra horizontalem ABN; idipſum tamen ſuccederet, ſi infra P O tubus graciliſceret juxta ſuperiùs expoſitam rationem uſque in C, in D F uniformis eſſet, & in reflexione ſursùm eadem proportione laxaretur, ita ut ſemper ſectiones tubi reciprocè ſe haberent velocitatibus naturalibus acceleratis, vel retardatis juxta rationem aſcenſus, vel deſcenſus. Quò circa, cum in toto ductu P C M K laxior, quàm deberet ſit tubus, evidens eſt, velocitatem ubique retardatam eſſe, ſolùmque in PO, IK liberam, & naturalem; ideoque vel certam tantummodò aquę portionem in tubo P C M K moveri, vel ſi tota, quod verius eſt, uniformiter moveatur, communicari parti aquæ aliàs quieſcenti à velocitate majori tantam velocitatem, & conſequenter aquæ motæ tantùm detrahi velocitatis, ut compenſatis detractionibus, & additionibus, ſive decrementis, & incrementis, motus in tota aqua uniformis ſuccedat.

Denuò intelligatur tubo F K adferruminatus alter tubus horizontalis IM ejuſdem ſemper diametri: Et quoniam aqua in K urgetur altitudine NK, & in D ab altitudine ND, ſequitur, velocitatem in K majorem fore, quàm in D; & hujuſmodi diverſis ex ordine velocitatibus effluxuram aquam ab orificio L E patente; & conſequenter adhuc magis retardari velocitatem per adferruminationem tubi horizontalis I M, quoniam media velocitas in D K minor eſt velocitate tubi uniformi in I K, cui in tubo I M æqualis eſt maxima velocitas K L; ideoque hac retardatione, & inæqualitate motus fluxuram aquam ex orificio L E, vel M H. Si tamen tubus habeat orificium in L H deorſum vergens, & horizontaliter ſitum, ex deſcenſu aquæ ab M in H, uniformis ſit velocitas & effluxus, & quanta competit deſcenſui NK, vel QH. At ſi orificio, *Fig. 10.*

Digitized by Google

vel ſectioni LH connexus ſit alter tubus perpendicularis deorſum vergens LO, recurrunt ea, quæ de tubo ſimplici perpendiculari diximus; cum enim velocitas LH eadem ſit, quæ oritur à deſcenſu NK, vel QH; eadem etiam erit, quæ in tubo PH: perinde ergo erit, ſi tubo reflexo BFCMH adnectatur tubus perpendicularis LO; ac ſi idem LO intelligatur adjunctus, & continuatus tubo recto perpendiculari PH; ideoque, ſicuti, ſi tubus PH produceretur in NO, velocitas ſectionis inferioris NO major fieret, quàm in LN, & reſponderet deſcenſui PN, ita reflexo tubo KL in N, velocitas in NO major erit, quàm in LN &c. Quare conſtat, per productionem tubi LO, velocitatem in LN, & conſequenter in toto tubo quomodolibet reflexo, augeri ab aëris preſſione ad AB, ut ſupradictum eſt.

Fig. 11. Demùm ſi tubo LO primò connectatur horizontalis OT cæteris uniformis; & deinde addatur alius perpendicularis ſursùm vergens TX, liquet ex prædictis velocitatem in OT, patente exitu ad TZ, eſſe difformem, & retardatam; &, ſi aquæ motus reflectatur in SV, retardari ſemper magis, & magis, quò orificium, à quo eruptura eſt aqua, accedit ad horizontalem PX; ita ut ſi orificium ſit VX futura ſit quies; ſi verò ſit CD, talis ibi ſuperſtes ſit velocitas, quæ propria eſt deſcenſus VC.

Fig. 12. Quare, ut prædicta unico ſchemate recolligamus, ex dictis videtur evidens eſſe, aquam in tubo AB ſimplici, fluere velocitate deſcenſus AB: in ABC, velocitate minori, quam poſſit deſcenſus AB, ſed media inter AB, AI: in ABCD, fluere velocitate deſcenſus AL: in ABCDE velocitate media inter MN, MD: in ABCDEF velocitate deſcenſus OF: in ABCDEFG velocitate media inter OF, OP, & tandem in ABCDEFGQ velocitate deſcenſus HQ, quantâ videlicet (hocque valet in omnibus prædictis caſibus) flueret è vaſe, cujus in fundo eſſet lumen v. g. Q; altitudo verò aquæ HQ, niſi quòd in exitu per ſiphones horizontales loco luminis in fundo vaſis, ſubſtituendum eſt lumen æquale, in lateribus vaſis inſculptum, & fundum tangens.

Hinc, ſi concipiamus ſiphonem recurvum CDEF, ejuſque orificium C immerſum vaſi aqua pleno, cujus ſuperficies ad eandem altitudinem ſemper conſervetur, & facta ſectione aquam fluere per CDEF, evidens eſt, aquam urgeri ad orificium C, primò tota aëris preſſione æquivalente altitudini aquæ ped. 33; ſed in elevatione uſque ad CD ſenſim retardari, ita ut in D, vel E reſidua velocitas ſit ea, quæ competit aquæ altæ ped. 33. mulctatæ altitudine CD; at in deſcenſu EF velociorem fieri aquam, ita ut in ſectione R, quam concipio in horizontali CR, tanta denuò ſit in ſiphone velocitas, quanta primò urgetur aqua in C à tota preſſione aëris nullum paſſa impedimentum, ita ut ſi aër æqua preſſione ad R urgeat, ſive integra, ſive æqualiter affecta, neceſſario æquilibrium debeat ſuccedere: ſi verò inferiùs deſcendat ſiphon, ut in F, quoniam velocitas adhuc augetur propter ulteriorem deſcenſum RF, velocitas F ex ſe erit ea, quæ provenit à tota preſſione aëris, ſive ab alti-

Digitized by Google

altitudine aquæ ped. 33. aucta altitudine RF; ideoque, ſi nihil ad F reſiſteret, erumperet aqua ex F prædicta velocitate: Sed quia aër reſiſtit ad F tota ſua preſſione æquivalente pedibus 33 aquæ; ſi à prædicta altitudine ſubducatur reſiſtentia ped. 33, reſiduum altitudinis erit altitudo RF; ideoque aqua ex F fluet velocitate, quæ competit deſcenſui RF, ſive ea, qua flueret è fundo vaſis, in quo altitudo aquæ, eſſet RF, ut etiam ſuperioribus demonſtrationibus evicimus.

Ex dictis videtur colligi poſſe, in ſiphonibus recurvis, & in tubis quomodolibet reflexis, ſi effluxus contingat à tubo perpendiculari, ſive deorsùm, ſive ſursùm exporrecto, velocitates omnes eſſe uniformes; ſi vero erumpat aqua è tubo horizontali, per hunc non effluxuram aquam velocitate uniformi in omnibus ejus partibus, ſed difformi: generaliter verò omnes velocitates infra orificium effluens, retardatas eſſe; ſupra verò auctas; ſolùmque naturales, quæ in eodem ſunt plano horizontali cum orificio effluente.

Secundò colligitur, ab orificio, à quo contingit effluxus regi velocitates in toto tubo, ita ut ad ejus tranſpoſitionem in diverſa plana horizontalia, diverſa etiam ſubſequatur velolcitas in toto tubo.

Tertiò, cum orificium effluens eſt ſectio tubi horizontalis, velocitas in tubo perpendiculari immediatè adnexo, & conſequenter in toto tubo determinari poterit præcisè ex natura rei, ſi orificii effluentis centrum velocitatis, vel ipſa velocitas media inveniatur; quæ enim erit velocitas competens altitudini aquæ ſupra centrum velocitatis, eadem erit uniformis, & æquabilis in tubo; ſeu quæ erit velocitas media in tubo horizontali, eadem in ſingulis ſectionibus univerſi tubi vigebit.

Hæc ſunt Humaniſſime Maliabechi, quæ de motu aquæ per ſiphones meditatus ſum, & aliquibus etiam experimentis confirmavi. Interim tuæ humanitati gratias ago ter maximas, quòd monitis tuis effeceris, ut ad Hydrometrica ſtudia ingenium, jam Medica affectans, denuo applicuerim, non ſine majori pro utrilque fundamento: Sed & Celeberrimo Oppoſitori meo D. Papino non impares debeo, quòd ſuis in meas demonſtrationes obſervationibus anſam dederit, utilem hanc Hydroſtatices partem excolendi, noviſque cognitionibus animum meum imbuendi: hanc enim ex honeſtis contentionibus utilitatem percipimus, ut objecta, ſi vera ſunt, errorem demant; ſi vero dubia, aut falſa, animum acuant ad ulteriorem dilucidationem, aut ampliationem ſcientiarum, qua nihil in Republica literaria magis expetendum, aut plauſibile. Si hujus Epiſtolæ exemplar ad communem Amicum, & inſignem Mathematicum Leibnitzium exemplar pervenire curabis; ſcito, rem fore mihi gratiſſimam, quæque tibi ſemper magis devinctum retinebit

Vir Celeberrime

Ad obſequia paratiſſimum

DOMINICUM GULIELMINUM.

Dabam Bononiæ die 16. Februarii Anni 1692.

EPISTOLA
DOMINICI GULIELMINI

Ad Præſidem, de Aquarum Fluentium Menſura, qua reſpondet Epiſtolæ Dionysii Papini Ad Hugenium [ſerius editur, quòd occaſio hactenus defuerit.]


TUæ prorſus debeo humanitati, quod, poſtquam exemplum, libri à Doctiſſimo Papino ante biennium evulgati, tuâque operâ jamdiu ad me deſtinatum, latoris incuria periit, copiam ſaltem eorum, quæ ad me pertinent, manuſcriptam iteratò reddi curaveris. Igitur elapſo Martio Mutina huc tranſmiſſam accepi integram Epiſtolam, ad immortalis nominis Mathematicum Hugenium conſcriptam, qua ſubtiliſſimus Cenſor Papinus ſuam coram eo præclariſſimo Judice firmare nititur objectionem contra meam *Aquarum Fluentium Menſuram*, quam Actis Eruditorum Lipſienſibus anni 1691. pag. 288. inſeruerat, ſimulque reſponſiones ad eam meas conatur reddere enerves. Dolui tanti Judicis mortem, per ea tempora ſummô bonorum omnium luctu divulgatam: ſperare enim mihi licuiſſet, ſi ſententiam proferre non tenuiſſet æquiſſimus Hugenius, futurum, ut controverſia tolleretur, & ſui ratiocinii lapſum ex judicis decreto tandem deprehenderet, alioquin Doctiſſimus Antagoniſta. Quoniam tamen hæc mihi ulterius ſperanda non ſunt, reciditque judicium ad univerſam Literatorum Rempublicam, deliberavi Tibi ea communicare, Vir Nobiliſſime, quæ ad funditus evertendas Papinianas dubitationes facere mihi viſa ſunt.

Noſti, inter eum & me diſſidii cauſam fuiſſe quandam, ejus propoſitionem primò ſimpliciter enuntiatam, mox, ut ipſe ait, demonſtratam, cui è diametro pugnare videbatur prop. 2. lib. 2. meæ aquarum fluentium menſuræ, quamque ut vindicaret, ſuas cenſuras inſtituit ad evertendam meam prædictæ propoſitionis demonſtrationem. Ego vero, in prima Epiſtola Hydroſtatica tuo nomini inſcripta, non ſolum objectionum falſitatem oſtendi; ſed etiam propoſitionem D. Papini à vero aberrare demonſtravi, erroris cauſam aperui, & tandem quid à ſuppoſitis ejus propoſitionis derivare poſſet, infallibili demonſtratione indicavi à pag. 7. uſque ad 15. Hanc igitur controver-


verſiæ cauſam ſublatam cenſeo, cum Dominus Papinus in nupertima ſua ad Hugenium Epiſtola, poſthabita ſuæ propoſitionis tutela, totus ſit in oppugnando; ut crederes, muralem potius quam civicam affectare coronam. De ſua enim propoſitione nec verbum habuit; uti debuiſſet, ſi de totius controverſiæ ſtatu Hugenium certiorem reddere deſtinaſſet.

Non tamen latent pariter ejus objectiones contra meam propoſitionem. Cum enim ego aſſeruerim, *quod eadem ſit velocitas Aquæ fluentis per aliquam ſectionem canalis inclinati, ac ſi fluxerit per lumen ſimile & æquale ſectioni, tantundem à ſuperficie aquæ remotum, quantum ſectio ab Horizontali per initium alvei.* Eam aſſertionem ſic probavi. (*Figura Prima.*)

Fig. 1.



Quoniam enim Aqua eſt corpus grave, ſi intelligatur ab A fluxiſſe in B per planum inclinatum A B, eadem erit velocitas in B ac in D, ſi ex A in D cecidiſſet (ſupponitur enim A D Horizonti perpendicularis, & ſecta Horizontali D B, vel ex C in B: Sed & in vaſe clauſo velocitas luminis B eadem eſt, ac ſi Aqua à C in B deſcendiſſet. Ergo velocitas in B eadem eſt, ſive Aqua fluat per canalem A B ſectione B, ſive fluxerit è vaſe A B C lumine B. quod &c. Papinus autem huic demonſtrationi oppoſuit, me erraſſe eo (1) quod fluida non ſemper eaſdem ſequantur leges, quas de gravibus deſcendentibus Galilæus demonſtravit; ait enim poſt demonſtrationem (qualiſcunque fuerit) ſuæ propoſitionis, *quod ſuperior demonſtratio à nemine negari queat: ſicque conſtet, fluida non ſemper eaſdem ſequi leges &c.* & deinde ſubdidit, me in eo erraſſe, *quod in fluidis deſcendentibus eodem modo philoſophandum cenſuerim, ac de gravibus à Galileo ſuppoſitis* (2.) oppoſuit hac ratione; *ſemper variè afficiuntur partes in Canali ſuperiores pro varia partium inferiorum celeritate, res autem aliter ſe habet in gravibus, de quorum deſcenſu tractavit Galilæus.* (3) Addidit demonſtrationem, quæ ex ſuppoſitis Galilæi oſtendit ſuperficiem aquæ in Canali inclinato fieri magis declivem quam fundum Canalis, & concluſit. (*Fig. II.*) *Patet igitur, quod aqua in* Fig. 2.



E non deſcendat per Planum E H, parallelum ipſi C B, (quod tamen fieri deberet, ut leges à Galilæo demonſtrata hic locum haberent) ſed per Planum multo magis declive. Quin etiam declivitas illa non eſt æqualis per totam canalis longitudinem: ſed quo magis ad initium accedimus, eo majus ſit celeritatis augmentum in certa canalis longitudine data (4) tandem addidit, mihi quærendum eſſe, quænam ſit

ſit linea E G ad totius operis perfectionem.

Primam difficultatem ſuſtuli, oſtendendo à pag. 17. uſque ad 21, verè fluida eaſdem ſequi leges in deſcendendo, quas demonſtravit Galilæus, quod nec negat in ſua ad Hugenium Epiſtola D. Papinus. Inquit enim: *Potuiſſet verò tali parcere labori, cum ego quoque idem ſentiam, prout ipſe humaniter agnoſcit pag.* 19. *Non obſtante igitur illa reſponſione, remanet ſemper mea difficultas, utrum in caſu noſtro fluida eaſdem cum duris leges ſequantur.* Falſum eſt autem, quod remaneat ulla difficultas. Generaliter enim oſtendi, fluida eaſdem ſequi leges gravium deſcendentium, valentque rationes etiam in caſu, de quo diſputatur. Concedere autem propoſitionem univerſalem, & negare particularem ſub ea contentam, eſt totam Logicam, imò nobis innatum lumen rationis evertere. Quod ſi ex accidenti aliquo, à noſtro caſu inſeparabili, propoſitionem univerſalem alterari contendat, id D. Papino, non mihi probandum eſt.

Secundam objectionem falſam eſſe, oſtendi in allegata Epiſtola Hydroſtatica pag 21, demonſtrando, impoſſibile eſſe, quod partes inferiores in canali poſſint afficere partes ſuperiores: inferioris enim velociores ſunt ſuperioribus; & velocior antecedens nullo modo poteſt alterare motum tardioris ſubſequentis. Ad Reſponſionem replicat D. Papinus, me iterum in eo erraſſe, quod non adverterim differentiam inter fluida & dura corpora, quaſi ac in fluidis corporibus pars antecedens velocior poſſit afficere ſubſequentem tardiorem. Sed ſubdit: *Fluidorum enim in noſtro canali decurrentium hæc eſt proprietas, ut quo major eſt velocitas, eo minor ſit liquoris in canali altitudo ac proinde declivitas ſuperficiei aquæ major ſit, quam declivitas fundi canalis. Partibus igitur in ſuperficie, propter majorem declivitatem, celeritas citius accreſcit quam partibus verſus fundum. Unde fit, ut illa in has impingant, motuſque inflexos & intricatos cauſentur, prout ſupra probatum eſt ex inſpectione figur. ſecundæ.* Quid novæ huic objectioni reſponſurus ſim, videbis infra, Vir Clariſſime, in enodatione totius difficultatis, ad quam noſtra controverſia reſtringitur.

Tertiæ difficultati jam reſpondi, oſtendendo, ex doctrina Galilæi ſequi, quod ſuperficies aquæ fluentis per canalem inclinatum, debeat eſſe non parallela fundo, ſed ipſi inclinata, immo diverſimode, quod fieri poſſe negabat D. Papinus ex legibus gravium. Ejus verba ſunt: *Hinc patet igitur, quod aqua in E non deſcendet per Planum E H parallelum ipſi C B, (quod tamen fieri deberet, ut leges à Galilæo demonſtratæ hic locum haberent) ſed deſcendet per Planum multò magis declive,* &c. Replicat hic D. Antagoniſta, me non ſatis percepiſſe vim ejus ratiocinii, ſeque id unum intendiſſe, *quod in caſibus à Galilæo demonſtratis non ſolum fiat celeritatis augmentum in ratione ſubduplicata ſpatiorum, verum etiam in corpore deſcendente partes omnes, tam ſuperiores quam inferiores ſecundum lineas inter ſe parallelas deſcendant; in fluidis vero per canalem noſtrum deſcendentibus duæ illæ conditiones ſimul ſtare nequeant,*

nimi-

nimirum acceleratio & paralleliſmus linearum deſcenſus. Concludere ſe igitur, non ſatis patere, quod leges de corporibus duris demonſtrata, debeant habere locum in corporibus fluidis cum non eadem ſit in utriſque deſcendendi ratio. Huic replicationi reſpondeo primò, quod Doctorum judicio relinquendum eſt, an ego intellexerim, nec ne, doctiſſimi Oppoſitoris vim ratiocinii. Judicent etiam, an ex doctrinâ Galilæi ſequatur, quod in gravibus deſcendentibus, neceſſariò haberi debeat paralleliſmus in lineis deſcenſus. Pendet enim hoc non à gravitate aut à motu accelerato, quæ ſunt affectiones à Galilæo conſideratæ, abſque ulla diſtinctione firmitatis aut fluiditatis; ſed quidem à firmitate ſive duritie corporis, quæ alia eſt affectio, prorſus diverſa à gravitate & à motu, & nihil cum his commune habens; immo non à firmitate tantùm oritur parallelus partium corporis deſcenſus, ſed ulterius à diverſâ relatione, quam habet centrum gravitatis corporis firmi ad baſim, cui innititur. An fortaſſe partes ſphæræ deſcendentis per Planum inclinatum parallelas deſcribent lineas? an exinde locus non erit doctrinæ Galilæi? in rotatili fuctore & preſſore Haſſiaco ſimul non ſtat paralleliſmus partium, & celeritatis diminutio? & tamen in ejus conſideratione D. Papinus, & quidem optimè, nititur Galilæi doctrinâ. Non obſtat igitur in doctrinâ deſcenſus gravium, partium paralleliſmus aut inclinatio; ut hîc loci mihi objicit Antagoniſta. Si hic fuit ſenſus aſſertionis Papinianæ, fateor me ipſam non intellexiſſe. Nunquam enim mihi ſuadere potuiſſem, diverſas corporum affectiones à viro ingenioſo adeo confundi, ut præferretur paſſio pendens à fluiditate illi, quæ à gravitate, cum agitur de fluidi corporis deſcenſu. Fluiditas enim accidentaliter ſe habet ad deſcenſum, non gravitas.

Ei quod quartæ objectioni reſponderam, me prop. 7, 8, 9. lib. 5. Aquarum fluentium menſuræ, demonſtraſſe, qualis ſit linea deſcripta à ſuperficie aquæ deſcendentis per Plana inclinata; Replicat, hanc eſſe meram petitionem principii, cum in ejus determinatione uſus fuerim principiis Galilæi, quæ is negat noſtro caſui convenire. Verum quænam ſint ea, quæ noſtro caſui non conveniant, jam ſupra vidiſti, fundi nempe & ſuperficiei Aquarum ablatus paralleliſmus. Cæterum non concipio, quo animo dixerit pag 210. Actor. Anni 1691; *atque ad perfectionem operis ipſi quærendum reſtat, qualis ſit linea EG, ſecundum quam ſuperficies inclinatur. Hinc enim cognoſcemus, quanta ſit area aquæ, in quocunque loco fiat ſectio, atque ex variis ſectionum areis ſtatim etiam colligentur variæ velocitates in iiſdem locis.* Nam ſi, ut ſonant, hæc verba ſumantur, patet, earenus neceſſariam eſſe prædictæ lineæ determinationem, quatenus ex ea deduci poſſent & ſectio & velocitas in quocunque ſitu Canalis. Quare juxta D. Papini ſententiam, conditio lineæ datum quoddam eſt, ex quo elicitur velocitas aquæ in ſectione quâlibet. Aliunde è converſo certum eſt, velocitatis variationem, in quâlibet Canalis inclinati ſectione cognitam, fundamentum illud eſſe, cui


cui innititur prædictæ lineæ determinatio, prout ipſe aſſumit ad probandam inclinationem ſuperficiei Aquæ in noſtro Canali inclinato. Quis ergo eſt vitioſus iſte circulus, quem conſulit ad operis perfectionem D. Antagoniſta? Principium petiiſſem ſane, ſi ejus conſilia ſecutus, hujuſmodi uſus fuiſſem, ad determinandum regulam, qua Aqua deſcendens per Canales declives acceleratur. At fortaſſe eatenus neceſſariam cenſet cognitionem curvaturæ hujuſmodi lineæ, ut diverſa declivitas ſuperficiei Aquæ innoteſcat in quocunque loco Canalis, eo fine, ut appareat, quinam ſit impetus, quo pars Aquæ ſuperior agit inferiores, eas urgendo, verſus fundum impellendo & ad ſuperficiem reflectendo. Si hic eſt ejus animus, (non apparet tamen ex ejus verbis, ſed tantum ex ejuſdem nova objectione deducitur) jam nullum petitur principium, ſi à Doctrina Galilæi, quam D. Papinus generaliter admittit etiam in fluidorum deſcenſu, lineæ curvatura prius deducatur, & exinde, (quatenus hoc exigatur) demonſtretur, quid poſſit diverſa declivitas ſuperficiei in alteranda velocitate, & deinde in mutanda ejuſdem lineæ curvatura.

Vides igitur, Nobiliſſime & Doctiſſime Leibnitzi, ad quos terminos reſtringatur nova D. Papini difficultas, quam tamen ipſe vocat prioris explicationem. Verè autem nova eſt, & à prima non tantùm diverſa, ſed eidem contraria. Primo etenim dixerat *partes aquæ in Canali ſuperiores diverſimodè affici pro varia partium inferiorum celeritate*. In Epiſtola vero ad Hugenium, poſtquam oſtendit, ſuperficiem Aquæ neceſſariò fore declivem magis quam fundus Canalis, §. *in Act. Eruditor.* concludit: *Iſta igitur declivitatis diverſitas id efficere debet, ut partes ſuperiores impingant in inferiores, ipſaſque ad fundum allidant; unde ſequetur, aliqua ſurſum verſus reflexio, quantumcunque ſupponatur, fundum lævem & ab omnibus aſperitatibus eſſe immunem.* Et deinde §. *ad Secundam & Tertiam*; rationem reddit, cur debeat fieri aſſerta partium Aquæ colliſio. Inquit enim: *Partibus igitur in ſuperficie, propter majorem declivitatem, celeritas citius acceſcit, quam partibus verſus fundum. Unde fit, ut illæ in has impingant, motuſque reflexos & intricatos cauſentur, prout ſupra probatum eſt ex inſpectione fig. ſecundæ*, in quibus manifeſtè ſibi contradicit. Dicere enim, *quod partes in canali ſuperiores diverſimodè afficiantur, pro varia partium inferiorum celeritate*, eſt tribuere actionis prævalentiam partibus inferioribus Canalis; at dicere, quod *partes ſuperiores impingant in inferiores, ipſas ad fundum allidant &c.* eſt, concedere ejuſdem actionis prævalentiam partibus ſuperioribus. Eſt autem impoſſibile, quod prævalentia in agendo inſit partibus ſuperioribus, & ſimul & ſemel partibus inferioribus; ſicuti pugnat in terminis, quod idem eodem tempore &c ſuperet & ſuperetur. En ergo, quânam ratione ſubtiliſſimus hic Oppoſitor, relicta priori objectione, aliam eidem contrariam arripit, ut meam propoſitionem impugnet, & ſecundam objectionem vocat, prioris explicationem.

Ve-

Verum non minus ex ſe ipſa labitur hæc nova objectio, quam prima. Eadem enim ratione falſitatis convincitur.

Fig. 3.



Sit enim A B. Canalis inclinatus, cujus initium A, & per ipſam Horizontalis A F, ſit C D altitudo primæ ſectionis, & linea D E curva illa, ſecundum quam inclinatur Aquæ ſuperficies dum deſcendit per C B, faciens in B altitudinem ſectionis B E: dico, Aquam in ſuperficie E conſtitutam, nullo modo poſſe urgere ſubjectam Aquam exiſtentem in B. Ante probationem ſuppono id, quod nunc mihi cum D. Papino commune eſt Aquam ſcilicet, quantum eſt ex ſe, dum per Plana inclinata deſcendit, eaſdem ſubire accelerationis leges, quas ſubeunt reliqua gravia; & ne opponatur, aſſerta impulſio unius partis in aliam, ſupponatur, quod H ſit prima illa ſectio, in qua deberet fieri hujuſmodi impulſio. Quod ſi fiat, certum eſt, quod Aqua in I, cum deſcenderit ab A in I, eam præciſè velocitatem habebit, quam ſi deſcendiſſet per L I, & eadem ratione Aqua in H habebit velocitatem debitam deſcenſui A H vel caſui M H, ſeu majorem in H quam in I; ſicque oſtenderetur, velocitatem in I minimam eſſe omnium, quæ exiſtunt in ſectione I H, ſed Aqua minori velocitate affecta non poteſt impingere in aquam majori velocitate affectam. Ergo neque illa poterit impingere in hanc verſus fundum, & conſequenter nec reflectere verſus ſuperficiem. Non ergo aqua ſuperior I poterit urgere aquam inferiorem H. Eodem pacto oſtendetur in qualibet alia ſectione non fieri hujuſmodi impulſum Aquæ ſuperioris in inferiorem. Si enim alicubi fieret, deberet alicubi primò fieri. At ubicunque ponatur id primo fieri, ibi oſtenditur fieri non poſſe. Ergo hujuſmodi impulſio Aquæ ſuperioris in inferiorem nullibi fiet, & conſequenter neque in B C. Quod erat oſtendendum.

En ergo, quam falſa ſit ſecunda objectio Viri Clariſſimi, non minus & eandem ob cauſam, quam prima. Quod ſi erroris ſui cauſam & paralogiſmum noſcere is cupiat, paucis aperiam. Videtur enim objectionis robur ex eo ſumſiſſe, quod crediderit, majorem declivitatem ſuperficiei majoris pariter eſſe cauſam velocitatis. Inquit enim §. *Ad ſecundam & tertiam &c. Partibus igitur in ſuperficie, propter majorem declivitatem celeritas citius accreſcit, quam partibus verſus fundum. Unde fit, ut illæ in has impingant, motuſque reflexos & intricatos cauſentur &c.* Quantumvis enim verum ſit, quod gravia deſcendentia per ſuperficies magis declives celeriùs deſcendant, non idcirco ſequitur, quod velociores ſint aliis deſcendentibus per plana minus declivia, niſi major ſit illarum quam harum deſcenſus. Ex quo igitur mobile aliquod deſcendat per ſuperficiem magis declivem quàm alterum,

Digitized by Google

non ſequitur, illud hôc velocius eſſe, & primum in ſecundum impingere, ut hic loci deducit D. Papinus. Debuiſſet oſtendere, quod in puncto colliſionis major eſſet collidentis quam colliſi velocitas (id quod à majori declivitate non oritur in noſtro caſu, ſed quidem, ut dixi, à majori deſcenſu) ut rectè poſſet concludere: *Unde fit, ut illa in has impingant &c.* Si Doctiſſimus Hugenius ſuo fato tantum ſuperſtes fuiſſet, ut ſuam de noſtrâ controverſiâ ſententiam ferre potuiſſet, certò certius aſſero, illum pro mea propoſitione judicaturum fuiſſe. Ejus enim judicium circa hoc apertè deducitur ex iis, quæ demonſtravit in ſuo Horologio Oſcillatorio part. ſecunda prop. ſextâ & octavâ. In hac etenim inquit: *Si ex eadem altitudine deſcendat mobile*, (non diſtinguit, an ſolidum ſit an fluidum) *continuato motu per quotlibet ac qualibet plana contigua utcunque inclinata*, (en quanti faciat majorem vel minorem inclinationem) *ſemper eandem in fine velocitatem acquiret, quæ nimirum æqualis erit ei, quam acquireret cadendo perpendiculariter ex pari altitudine.*

His mihi videor abundè ſatisfeciſſe tam primæ quàm ſecundæ difficultati Doctiſſimi Oppoſitoris, ut nullum in poſterum relinquatur Lectoribus dubium, quin impugnata mea propoſitio vera ſit & rigoroſè demonſtrata. Si plura cupiat D. Papinus, videat, ſi lubet cap. 4. mei Tractatus de naturâ fluminum, in quo de hac materiâ egi latiùs, & rationem oſtendi tum Phyſicam tum Mathematicam, cur aquæ fluentes per plana inclinata gracileſcant in ſui fluxus initio, aliaque his ſimilia, quæ ad præſentis controverſiæ ſtatum ſummopere faciunt. Hæc & illa tuo rurſus acri judicio ſubmitto, Vir Doctiſſime; Tui ſit arbitrii, hæc D. Papino communicare aliiſque, quos non lateat hujus cauſa diſſidii, vel eadem penitus ſupprimere: utrumque enim per me licet. Objectionibus quas addit contra meum Syſtema menſuræ aquarum in ſiphonibus recurvis ſuctoriis, quod expoſui in Epiſtolâ ſecundâ Hydroſtaticâ ad Illuſtriſſimum Magliabechium, aliàs, cum otium aderit, reſpondebo. Rurſus enim eidem Eruditiſſimo communi Amico ſcribam, quæ opportuna cenſuero. Tu interim Vale, Tuiſque ſubtiliſſimis elucubrationibus Rempublicam literariam ditare ne deſinas, rogo.

Dabam Bononiæ die 5. Junii 1697.

DOMI-

DOMINICI GULIELMINI

Univerſi Studii Bononienſis, nec non Regiæ Scientiarum Academiæ Mathematici Primi

DE

FLUMINUM NATURA

TRACTATUS

PHYSICO-MATHEMATICUS,

In quo præcipuæ Fluminum proprietates manifeſtantur, plurima hactenus ignota indicantur, earumque cauſæ facili Methodo demonſtrantur.

Quod opus ex Italo idiomate in latinum convertit Erricus Fiotius &c.

DELLA

NATURA DE' FIUMI

TRATTATO

FISICO-MATEMATICO

DEL DOTTORE

DOMENICO GUGLIELMINI

Primo Matematico dello Studio di Bologna, e dell' Accademia Regia delle Scienze.

In cui ſi manifeſtano le principali proprietà de' Fiumi, ſe n' indicano molte ſin' hora non conoſciute, e ſi dimoſtrano d' una maniera facile le cauſe delle medeſime.

Illuſtriſſimo, Colendiſſimoque Viro

DOMINO

PAULO BIGNON

S. QUINTINI ABBATI,

Nec non Regiæ Scientiarum Academiæ Directori meritiſſimo.

IAm per univerſum Orbem ita pervagata eſt celeberrimi Nominis tui fama, Vir Illuſtriſſime, præ illâ Au-

All' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo

MONSIGNORE

PAOLO BIGNON

ABBATE DI S. QUINTINO,

e Direttore dell' Accademia Regia delle Scienze.

E Già così celebre al Mondo il Nome di V. S. Illuſtriſſima per l' Autorità, che nelle più rinomate Accademie, errette

Autoritate, quam vel famigeratiſſimæ Academiæ unà erectæ, & Regis Chriſtianiſſimi præſidiis ornatæ, impertiunt altiſſimæ Tuæ rerum omnium cognitioni; ſublimi illi eloquentiæ, Sanguinis unione, & dignitatum in protegendis ſcientiis, ſimul cum principibus Majeſtatis ſuæ Adminiſtris, ut ingenii Fœtus magis commendari nullus poſſit, quam ſi quando in lucem prodeat, ejuſdem Nominis Tui auſpiciis illuſtretur. Illo tamen non auſus eſſem inhoneſtatare Tractatum meum de Fluminum Naturâ, niſi fretus Tuâ ſummâ benignitate, quâ eos ſublevare dignatur, qui contendunt, quantùm in ſe eſt, nonnihil conferre ſcientiarum propagationi, ſicut ipſe expertus ſum, cui Academici Regii nomen honorificentiſſimum debeo. Nihil afferre decus mihi potuit majus, quàm admitti ad legenda tam celebris Societatis veſtigia, quæ jam tantum incrementum, tantamque ſublimioribus Scientiis perfectionem conciliavit, tantâque orbem univerſum admiratione replevit, quæ valuerit excitare in potentiſſimis Orientis Regibus æmulationem inſtituendi ſimiles alias Academias ad idem exemplar, atque ſub ipſius directione.

Non me latet Librum illum, quem modò non ſine ſummâ animi obſervantiâ offero Tibi, Vir Illuſtriſſime, iis eſſe deſtitutum dotibus, quæ poſſent reſpondere judicii Tui ſagacitati, & præclaris Operibus è pennâ aliorum Virorum, quibus hæc conſtat Academia;

te inſieme, e protete dal Rè Chriſtianiſſimo, le da il ſuo profondo Sapere; la ſua ſublime Eloquenza; e l'unione del Sangue, e degl' Impieghi nella Protezione dello Scienze, co' principali Miniſtri di Sua Maeſtà, che niun Parto d' ingegno può maggiermente accreditarſi, che coll' uſcire alla luce, portandolo in fronte. Non haurei, con tutto ciò, havuto l' ardire di qualificarne il mio Trattato dell'a Natura de' Fiumi, ſe non ne foſſi ſtato animato dalla ſomma Benignità, con cui ſi degna di ſollevare quei, che ſi sforzano di contribuire quel poco, che ponno, all' avanzamento delle Scienze, come hò provato in me ſteſſo nell'honore ineſtimabile, da lei ottenutomi di portare il nome d' Academico Regio. Nun' altra coſa potea inſtaurmi maggior decore, che l' eſſere ammeſſo a ſeguire le tracce di coſi accreditata Aſſemblea, la quale hà di già portato tanto aumente, e perfezione alle più ſublimi Dottrine, e riempiute il Mondo d' ammirazione sì grande, ch' è ſtata valevole a riſvegliare, ne' più grandi Monarchi dell'Oriente, l' emulazione d' inſtituire altre ſimili Academie ſul medeſimo modello, e ſotto la ſua direzione.

Sò, che il Libro, che hora humiliſſimamente preſento a V. S. Illuſtriſſima, non può havere le qualità, che ſi richiederebbono per ſoſtenere, e il di lei rettiſſimo giudicio, e 'l paragone delle belle Opere, che ſono uſcite dalle penne degl' altri Soggetti, che compongono l' Accademia; pure mi

demia; tamen ſpero futurum ut accepta hæc mea Tibi ſit Oblatio, Vir Illuſtriſſime, cum fuerit in eâ condendâ, idem laudabile objectum indagandi publici commodi in gratiam utiliſſimarum Scientiarum. Deſiderabat, procul dubio, vel Phyſica, vel Mathematica diligentem proprietatum Fluminum indagationem, accuratamque cauſarum eorumdem inveſtigationem: Jam inde ab aliquot annis huic Studio animum appuli; ac ſi aliud minùs conſecutus ſum, at certa indicare impoſſibile non eſſe alterutri præfatarum Scientiarum ſimilem Tractatum utiliſſimum adjungere.

Dabo operam impoſterum ut majori cum attentione, Academiæ inſtitutum ſequar, in ipſis etiam Cœleſtibus Obſervationibus; quippe qui non extra Galliam verſor, quæ ipſas commodè in praxim redigere poteſt, illi æquales, quas mihi præbet in auguſtiſſimo hujuſce Civitatis Templo, maximum Orbis univerſi Aſtronomicum Inſtrumentum, LUDOVICI MAGNI nomine illuſtratum, ex quo ultimam illi manum admovit Vir clariſſimus Caſſini nomine, unus ex Academiæ ſupra memoratæ celeberrimis Viris, debere videor indeſinenter captare occaſionem ipſo utendi in quibuſcunque obſervationibus, non modò ad earum imitationem, quæ Lutetiæ Pariſiorum, ab Academiâ Regiâ fiunt, ſed etiam aliarum benemultarum, quas eadem dat effici in remotiſſimis

mi luſingo, che V. S. Illuſtriſſima ſia per gradirne l'offerta, havendo jo havuto, nel comporlo, il medeſimo lodevole oggetto di cercare il pubblico beneficio in vantaggio delle Scienze più fruttuoſe. Mancava, non v'hà dubbio, ò la Fiſica, ò la Matematica, d'una diligente ricerca delle Proprietà de' Fiumi, e d'un' eſatta inveſtigazione delle loro Cagioni: Io mi ſono applicato, da qualch'Anno in quà, a queſto Studio; e, ſe nient' altro, haurò almen fatto conoſcere, che non è impoſſibile l'aggiungere ſimigliante utiliſſimo Trattato, ò all'una, ò all'altra delle due Scienze mentovate.

Travaglierò in avvenire con più d'attenzione, a ſeguire l'Inſtituto dell'Accademia, anche nelle Oſſervazioni Celeſti; poiche non v'eſſendo fuori della Francia, chi habbia la commodità di farle, uguale a quella, che porge a me, nel più auguſto Tempio di queſta Città, il maggiore Inſtromento Aſtronomico, che ſia al Mondo, illuſtrato dal nome di LUIGI IL GRANDE, doppo l'ultima mano datagli dal Sig. Caſſini, uno de' più celebri Soggetti dell' Accademia predetta, mi conoſco in obligo di continuare a non perdere le occaſioni di valermi del medeſimo, per tutte le Oſſervazioni poſſibili, in corriſpondenza non ſolo di quelle, che l'Accademia Regia fà in Parigi; ma anche delle molte, che la medeſima procura, ſian fatte, nelle più rimote parti della Terra, da' Soggetti aggregati alla ſteſſa, i quali s'affaticano non meno alla perfezione delle Scienze,

ſimis Terrarum plagis, Eruditorum Virorum operâ, qui huic aggregati fuerunt, qui non minus perficiendis Scientiis, quàm Fidei Catholicæ Propagandæ adlaborant.

Gloriæ ſummæ ducam eidem Propoſito nonnihil conferre, ipſius inſtitutionibus parere, & morem gerere etiam, non ſine ſummâ animi obſervantiâ mandatis Tuis colendiſſimis, Vir Illuſtriſſime, interea humillimo cum obſequio agnoſco me eum, quem ſemper videri gloriabor,

Vir Illuſtriſſime,

Bononiæ 10. Aprilis 1697.

Humillimum, deditiſſimum, devinctiſſimumque Clientem

DOMINICUM GULIELMINUM.

Scienze, che alla propagazione della Catolica Fede.

Mi recherò a ſomma gloria di cooperare al medeſimo diſegno, di ſeguire le ſue inſtruzioni, e di ubbidire altresì, con ogni maggiore oſſequio, a' riveritiſſimi Cenni di V. S. Illuſtriſſima, alla quale facendo humiliſſima riverenza, non laſcio di confeſſarmi, quale ambirò ſempre d'apparire

Di V.S. Illuſtriſſima, e Reverendiſſima,

Bologna li 10. Aprile 1697.

Humiliſſ. Devotiſſ. & Obbligatiſſ. Servitore

DOMENICO GUGLIELMINI.

LECTORI

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

MUltoties conſideravi, unde procederet, quod Mathematicæ Demonſtrationes, tam validis probentur argumentis, ut dignæ ſint, quæ Demonſtrationes dicantur, cogantque Hominum Mentes, illis aſſentire; dum aliud nihil admittunt Phyſici, quam motiva probabilia, quæ veroſimilis ſphæram non excedunt. Temporibus elapſis, quando Philoſophi ſolo verborum nitebantur cortice, & ubi aſſignaverant naturalis effectûs Cauſam, vel virtuti cuidam, vel Facultati, vel Qualitati, ultimum Scientiæ terminum ſibi videbantur aſſecuti facilè, credendum erat, variam Phyſicorum, & Mathematicorum Objectorum naturam, exiſtimari poſſe cauſam, cur illa incerta, hæc verò evidentia eſſent; ſed tunc temporis, cùm Homines altius rimantur ipſas rerum medullas, jam cœperunt aſſignare effectuum naturalium Cauſas, non ampliùs idæales illas Virtutes; at illis ſuffecerunt Magnitudinem, Figuram, & Motum primorum Componentium materialium, dici non poteſt, Phyſicam Diſciplinam ex Objecto ſuo incertam oriri, quod longè ſupra Matheſis Objectum extollitur; ſiquidem Magnitudo, & Figura ſunt Geometriæ Objecta, ſicut Motus eſt Mechanicæ objectum.

Tamen tanto major dubitandi ratio ſemper remanet, & maturiùs inveſtigandi, unde fiat, ut, licèt

A' BENIGNI LETTORI.

Hò conſiderato più volte, da che provenga, che le Propoſizioni Matematiche reſtino provate con ragioni cotanto ſtime, che meritino nome di Dimoſtrazioni, e sforzino gl' Ingegni degl' Uomini all' aſſenſo; là dove le Fiſiche non ammettono, ſe non motivi probabili, che non oltrepaſſano la sfera del veriſimile. Ne gl' andati tempi, quando i Filoſofi ſi fermavano sù la corteccia de' ſoli nomi, e, aſſegnata che havevano per Cagione d'un' effetto naturale, ò una Virtù, ò una Facoltà, ò una Qualità, ſembrava loro d'eſſere arrivati all' ultimo termine del ſapere, era facile il credere, che la diverſa natura degl' Oggetti della Fiſica, e della Matematica, poteſſe reputarſi autrice dell' incertezza dell' una, e dell' evidenza dell' altra; A noſtri giorni però, ne' quali gl' Uomini penetrando più a dentro, e ſino al midollo delle coſe, hanno cominciato ad aſſegnare per Cagioni degl' effetti della Natura, non più Ideali Virtù; ma in luogo loro la Grandezza, la Figura, e il Moto de' primi Componenti materiali non può dirſi, che l' incertezza della Fiſica habbia origine dall' Oggetto di eſſa, quale s' inalzi di gran lunga ſopra quello delle Matematiche; eſſendo che la Grandezza, e la Figura, ſono pure gl' Oggetti della Geometria, sì come il Moto ſi è quello della Meccanica.

Per tanto ſempre più reſta con gran ragione da dubbitare, e da ricercare maturamente, d' onde naſca, che, ſe

utraque Diſciplina in tractando ſuo ipſius Objecto ſatis diſtineatur, nihilominus eò progreſſa eſt Matheſis, atque etiam ita in dies progreditur, ut nulli videantur ejuſdem extenſioni dari poſſe limites, è contra Philoſophia natulalis, quamvis eâ ætate, nonnullos fecerit progreſſus, ita tamen tardi fuerunt, ut nullam cum Matheſi connexionem habuiſſe viſa fuerit; Quin & fatendum eſt, ipſam agnoſcere debere, omne ſuum incrementum, quantumcumque illud ſit tribuendum eſſe obſervationibus, Mathematicorum, qui attentione ſummâ in ipſius gratiam Geometriæ, & Mechanicæ Regulis feliciter uſi ſunt.

Itaque conſiderando à Mathematicis evidentiæ Propoſitionum cupidiſſimis, in ſuppoſitionibus ſuis perfectam abſtractionem ab eo omni requiri, quod Demonſtrationum conſequentias alterare poſſit, ad quod aſſequendum, idæas aſſumunt merè intellectuales, in quas ne una quidem cadat minima imperfectio; dum è contra Phyſici in ſuppoſitionibus ſuis admittere coguntur id omne, quod confert, vel quod actualiter conferre poſſit ad effectum producendum, in quo quidem in animum induxi hac in re agnoſcere ex quo fonte incerta ſic orta eſſet naturalis Philoſophia; fidem quæ hanc meam confirmavit conſideratio earum Diſciplinarum, è quibus objecta ſua Phyſica deſumunt Mathematici, ſicuti ſunt Optica, Mechanica, Aſtronomia &c. contenti, ipſorum Propoſitiones comprobari, intra certam quandam latitudinem, & Theoriam parum ſolliciti, utrùm in earumdem

bene reſtano occupate, l' una, e l'altra di queſte due Scienze, in trattare dell' Oggetto medeſimo, nulladimeno la Matematica ſi è tanto avanzata, e tutto' giorno così và avanzandoſi, che ſembra di non havere limiti alla ſua eſtenſione; ove, al contrario, la Filoſofia naturale, abbenche nel Secolo preſente habbia fatto qualche progreſſo, con tutto ciò reſta così indietro, come ſe non haveſſe alcuna conneſſione colla Matematica ſuddetta · e pure biſogna confeſſare, ch' eſſa è obbligata di riconoſcere tutto 'l ſuo, qualſiſia, accreſcimento dall' attenzione, che hanno havuta i Matematici d' impiegare in vantaggio della medeſima, le Regole della Geometria, e della Meccanica.

Conſiderando perciò, che i Matematici geloſiſſimi dell' evidenza delle Propoſizioni, richiedono ne' loro ſuppoſti una perfetta aſtrazione da tutto ciò, che può alterare le conſeguenze delle Dimoſtrazioni, il che per fare, aſſumono delle Idee puramente intellettuali, nelle quali non cade alcuna, benche menoma imperfezione; ove al contrario, i Fiſici ſono tenuti d' ammettere ne' loro ſuppoſti tutto quello, che concorre, ò che può attualmente concorrere alla produzione d' un' effetto, mi ſon perſuaſo di riconoſcere in ciò l' origine dell' incertezza della Filoſofia naturale; e mi ſono confermato in tale credenza col riflettere, che in quelle Scienze, nelle quali i Matematici prendono a diſcorrere d' Oggetti Fiſici, come ſono l'Optica, le Mechaniche, l' Aſtronomia &c. ſi contentano, che le loro Propoſizioni ſi verifichino, dentro una certa latitudine, ed in Teorica, poco curandoſi, ſe l' Eſperienza fa riſcontrare, nell' applicazione delle medeſime, qualche

Digitized by Google

dem applicatione, leviorem aliquam varietatem pariet experientia. Admiſſæ revera non ſunt in Matheſeæn, etiam mixtarum, numerum, niſi ſcientiæ illæ, quarum ſatis ſimplex eſt objectum, cujus affectiones pendent, vel ex unâ, vel pauciſſimis Cauſis: quæ leviter immutari poſſunt, renixibus, vel Materiæ impuritate.

Multiplices igitur circumſtantiæ, quibus vel producitur, vel variatur, vel augeſcit, vel imminuitur effectus, ſunt illæ, quæ omnem difficultatem faceſſunt probandi Phyſicas Propoſitiones, cum eâdem evidentiâ, quâ Geometricæ demonſtratæ fuerunt: in quo dubium non exurgit ullum: ſiquidem cuicunque præſto fuit inveſtigare veritates ad Quantitatem ſpectantes, expertus ſenſit, quam difficilis fiat illius recuperandi methodus, quando plus æquo ſuppoſitiones multiplicantur; neque aliunde facilia ſiunt Euclidis Elementa initâ proportione reconditiſſimæ Geometriæ, niſi quia eorum Propoſitiones, ut plurimùm, nihil aliud propemodum ſupponunt, quàm ideam, vel figuræ Definitionem, & ſi quid majus etiam ſit menti nullam faceſſit ſollicitudinem, ut intelligi queat; contra remanet abſtruſa Naturæ indagatio, quæ altioris gradus lineas ſpectet, ideò ſolùm quia ſuppoſitionum augeſcit numerus; eam ob cauſam neceſſe eſt, ut faciliores methodi ſimul cum Analyſi efficiantur, quæ ſint quaſi fulcimentum quoddam, vel ut alii prædicant, Imaginationi extenſionem afferant.

Itaque ſi in Geometriâ maximè abſtractâ, toties ejuſmodi vocabulorum

che picciola diverſità. Ed in fatti non ſono ſtate ricevute nel numero delle Matematiche, anche miſte, ſe non quelle Scienze, che hanno un Oggetto aſſai ſemplice, le cui affezioni dipendono, ò da una ſola, ò da poche Cagioni; e che ponno eſſere poco mutate dalle reſiſtenze, e dall' impurità della Materia.

La multiplicazione adunque delle circoſtanze, dalle quali, ò ſi produce, ò ſi varia, ò s' accreſce, ò ſi ſcema un' effetto, è quella, che apporta tutta la difficultà di provare le Propoſizioni Fiſiche, colla ſteſſa evidenza, colla quale ſono dimoſtrate le Geometriche: ed in ciò non v' ha dubbio veruno; poiche chiunque hà havuta mano in cercare delle Verità ſpettanti alla Quantità anche aſtratta, sà bene per prova, quanto difficile ſi renda il metodo di rivenirle, quando i ſuppoſti ſi multiplicano oltre il dovere; e non per altro rieſcono facili gl' Elementi d' Euclide in proporzione della Geometria più recondita, ſe non perche le loro Propoſizioni, il più delle volte, poc' altro ſuppongono, che la ſola Idea, ò Diffinizione della Figura, e ſe tal volta v' è qualche coſa di più, non dà tormento all' imaginazione per eſſere conceputa: al contrario rieſce aſtruſa la ricerca della Natura delle linee di più alto grado, ſolo perche i ſuppoſti s'accreſcono di numero e per ciò è d' uopo di facilitarne i metodi coll' Analiſi, che ſerve d' appoggio, ò, com' Altri dicono, d' eſtenſione all' Imaginativa.

Se dunque nella più aſtratta Geometria, il multiplicare i Dati ſerve ad ac-

Digitized by Google

rum iterata multiplicitas, Dato quod &c. aliud nihil præſtat quàm difficultatis augmentum illius recuperandi, quod ex ejuſmodi hypotheſibus poſſet emanare; quantò major locus erit iſti multiplicitati, efficiendæ difficilis inveſtigationis Naturalium effectuum, & Regularum, quibuſcum operatur Natura? quandoquidem, eâdem causâ, & pariter eodem ſubjecto, in quo debet effectus produci ſemper poſitis; ita & datâ cognitione multarum Cauſarum ſimul operantium, quarum quælibet ſit in energiâ ſuâ; ſuppoſitâ quoque ſubjecti cognitione, in ordine ad ſingulas circumſtantias, in quibus idem reperitur; dato etiam tanquam cognito medii concurſu, atque rei illius omnis, quæ ſuſtentare, vel alterare, vel impedire effectum poſſit; Jam impoſſibile non ſit, abſolutè loquendo (licèt ſupra omnium opinionem, difficillimum) adinvenire Demonſtrationis ope, quidquid exindè accidere poſſit, cùm id omne ſupra memoratum cogente Natura operari oporteat; At nulla demum, in omnibus caſibus certitudo dari poteſt, id omne, quod ſemel contulit ad effectum producendum, debere etiam aliàs idem facere; atque ita eundem effectum nullatenus variari.

Ea eſt, rejectis aliis, unica Cauſa, quâ Medici fruſtra Regulas generales tradunt, de curandis Morbis, & de ipſorum ſignis; quippe rariùs ſub omni reſpectu, accidet; ut univerſaliter confirmetur vel unicum ex eorum aphoriſmatibus, licèt illud immediatè deductum fuerit ex obſervationibus, quod idem etiam facit, ut

accreſcere la difficultà di rinvenire cio, che da quelli può derivare; quanto più tal multiplicazione havrà luogo, in rendere difficile la ricerca degl'effetti Naturali, e delle Regole, con che opera la Natura? poſciache, poſta ſempre la Cagione medeſima, e parimenti il medeſimo Soggetto, nel quale dee produrſi l'effetto; anzi data la cognizione di più Cagioni inſieme operanti, ciaſcheduna colla ſua energia; e ſuppoſta la cognizione del Soggetto in ordine a tutte le circoſtanze, nelle quali eſſo ſi trova; dato in oltre per conoſciuto il concorſo del mezo, e di tutto ciò, che può eſtrinſecamente fomentare, ò alterare, ò impedire l'effetto; non è già impoſſibile, aſſolutamente parlando, (abbenche, oltre ogni credere, difficiliſſimo) di trovare per via di Dmoſtrazione, ciò, che ne deve ſuccedere, quando tutto il predetto debba operare per neceſſità di Natura; Ma non può finalmente haverſi, in tutti i caſi, veruna ſicurezza, che tutto quello, che una volta hà cooperato a produrre un'effetto, debba altresì concorrervi un'altra; e che non ſi vari per conſeguenza l'effetto medeſimo.

Queſta, e niun'altra, è la Cagione, per la quale i Medici hanno bel dare delle Regole generali, concernenti alla curazione de' Mali, ed al pronoſtico de' medeſimi; perche ad ogni modo rade volte ſi troverà, che ſi verifichi univerſalmente alcuno de' loro Aforiſmi, abbenche ſia eſſo ſtato dedotto immediatamente dall'oſſervazione:

ut ita imminuatur Artis Chimicæ autoritas, & vileſcat in ipſius clariſſimis experimentis, ut animadvertit celebetrimus Boilius *in Libro ſuo de Inſido experimentorum ſucceſſu.*

In Fluminibus quorum eſt apertum Mari Oſtium, ſi eorum Aqua quoad ſubſtantiam non alteratur, vel quoad ſaporem, intra proprium Alveum, per eum tractum, quæ cum Mari conſentiat, ſignum eſt, copioſam illam eſſe, ſaltem pro ratâ portione oppoſitionis è Mari productæ, idque maximè, ſi Flumen, prout à multis narratur, deferret Aquas ſuas intra Marinos fluctus per ſat longum ſpatium, quod ſapor, & color innuunt, atque etiam ex parte Aquæ motus directio; At ſi ejuſdem immutetur Natura, ſeu particeps fiat ſalſedinis, ſeu alterius qualitatis marinæ Aquæ, tunc inditium eſt Fluminis Aquam propriam exiguam eſſe; Mariſque colluctationes eſſe vehementiores, ſeu ex ſublevatione, vel ventorum impetu; idque tantò magis indicatur quantò propior eſt ſalſedo.

Corollario V.

Ne' Fiumi, che hanno lo Sbocco aperto al Mare, ſe l' Acqua di eſſi non ſi altera di ſoſtanza, ò di ſapore, dentro l' Alveo proprio, per quel tratto, che conſente col Mare, ſegno è, eſſere ella copioſa, almeno in proporzione del contraſto, che le fà il Mare, e ciò maggiormente, ſe un Fiume, come ſi narra di molti, porterà le ſue Acque per buono ſpazio, dentro la Marina, il che ſi conoſce dal ſapore, dal colore, &c, anche in parte, dalla direzione del moto dell' Acqua; Ma ſe la medeſima cangia di natura, col participare, ò la ſalſedine, ò altra qualità dell' Acqua marina, all' hora è indizio, che l' Acqua propria del Fiume è poca; ò che i contraſti del Mare ſono violenti, ò per l' alzamento, ò per l' impeto de' Venti; e tanto più, quanto a maggior ſegno s' auvanza la ſalſedine.

Corol- Corol-

Corollarium VI.

Quippe, *in Fluminibus illis, quorum eſt Aqua pauca deprehenditur unda Maris decurrere tempore fluxus in contrariam Fluminis Aquæ partem; in refluxu vero obſervatur utramque Aquam ad Mare unà tendere.* Et quoniam decurſus iſte exigit temporis aliquid; Ideo datur caſus, ubi Fluminis Aquæ regreſſus ad Marinam, non incipit præcisè ad refluxus punctum; at modo aliquantò poſt, modò paulò ante, conveniuntque ejuſmodi refluxuum tempora, tunc tantummodò, quando Maris Aqua quæ exundavit æquatur depreſſo cum Aquâ à Flumine ſuſtentatâ, quo in caſu, ejuſdem ſuperficies erit horizontalis; at in duobus aliis caſibus, inclinabitur ad Fluminis contrarium, & duntaxat horizontalis erit in refluxus momento.

Corollario VI.

Perciò in que' Fiumi, che hanno poca Acqua, ſi vede correre quella del Mare al contrario di quella del Fiume nel tempo del fluſſo; e nel rifluſſo s'oſſerva correre l'una, e l'altra verſo il Mare; *e perche queſto corſo richiede qualche tempo; perciò ſi dà il caſo, che il ritorno dell' Acqua del Fiume verſo la Marina, non cominci preciſamente ſul punto del rifluſſo; ma hora qualche poco doppo, hora qualche poco prima, accordandoſi i tempi di queſti rifluſſi all' hora ſolo, quando l'Acqua dal Mare rigurgitata, s'uguaglia, a un dipreſſo, all' Acqua trattenuta del Fiume, & in queſto caſo il pelo della medeſima ſarà orizontale; ma, negl' altri due caſi, ſarà inclinato al contrario del Fiume, e ſolo ſarà orizontale nel momento del rifluſſo..*

Corollarium VII.

Fluminis ingreſſu in Mare fit in undâ mediâ, id eſt, quòd Aquæ ſuperficies regulata non venit, neque ex ſuperiori undæ parte, concitata in Oſtium (ſive motu ordinario, ſeu etiam tempeſtate) neque ex imâ undâ ipsâ; at verò ex medio puncto, majorem elevationem inter, & undantis Aquæ depreſſionem; cujus rei ratio nititur Aquæ libratæ velocitate, quæ non ſinit, Fluminis ſuperficiem extolli ad undæ ſummitatem, nec deprimi ad ſuam ipſius majorem concavitatem; Idcirco jam æquilibratur

Corollario VII.

L' Ingreſſo de' Fiumi nel Mare ſi fà a mez'onda, *che vale il dire, che la ſuperficie dell' Acqua non viene regolata, nè dalla parte ſuperiore dell' onda, ſpinta contro lo Sbocco (ſia ella, ò di moto ordinario, ò pure boraſcoſo) nè dal baſſo dell' onda medeſima; ma bensì dal punto di mezo, trà 'l maggiore alzamento, e l' abbaſſamento dell' Acqua ondeggiante; e la ragione è fondata ſulla velocità del bilanciamento dell' Acqua, la quale non permette, che il pelo del Fiume ſi elevi alla ſommità dell' onda, nè ſi abbaſſi alla di lei maggiore*

tur cum illis contrariis conatibus, in ſitu medio.

giore concavità; e perciò viene ad equilibrarſi con queſti contrari conati, in un ſito di mezo.

Prop. II.

Plenitudinum elevatio, Fluminum Oſtiis proxima remanet ſemper minor, quàm in partibus magis remotis.

Id obſervatum fuit à multis, maximè à P. Caſtellio; verumque eſt, quando augeſcit Flumen novâ ſuperveniente Aquâ; obſervatur etiam, in ipſis Oſtiis, Aquam ut plurimùm non extolli, niſi in quantùm Influentis corpus facit ut Recipientis extollatur ſuperficies; hoc eſt, quod ſpectat ad Mare, inſenſibiliter; cujus quidem ratio eſt, quod Flumina, exempli gratiâ, dum Mare ingrediuntur, habent, ex iis quæ ſupra dicta ſunt, omnem ingreſſum ſuum, infra ejus ſuperficiem, proportionato latitudine Oſtio, atque profunditate; Ideoque lapſus Aquæ ſuperficiei Fluminis influentis, cùm non varietur Maris ſuperficies, tendit ſemper ad eundem terminum; neceſſe eſt ideo ut inclinetur magis ad Oſtium plenitudinis tempore, quàm in Aquâ depreſſâ; Et quoniam duæ lineæ vario modo ad Horizontalem inclinatæ, atque ad idem punctum concurrentes, tantoque magis aliæ aliis conjunctæ ſunt, quantò magis diſtant ab unionis puncto; ideo neceſſe eſt ut Plenitudinibus efficî debere, ab Oſtio diſſitis, elevationem majorem, quàm quando eidem ſunt proximiores. Quod &c.

Ad exponendum, ex quâ causâ, pen-

Prop. II.

L' Alzamento delle Piene, vicino agli Sbocchi de' Fiumi rieſce ſempre minore, che nelle parti più lontane.

Cio è ſtato oſſervato da diverſi, e principalmente dal P. Caſtelli; & è vero, quando il Fiume creſce per nuova Acqua ſopraveniente; anzi s' oſſerva, che negli Sbocchi medeſimi, l' Acqua ordinariamente non ſi eleva, che tanto, quanto il corpo dell' Influente fà elevare il pelo del Recipiente; cioè a dire, riſpetto al Mare, inſenſibilmente; E la ragione di ciò è, che entrando i Fiumi, per eſempio, nel Mare, hanno, per quello ſi è detto di ſopra, tutto il loro ingreſſo al di ſotto della di lui ſuperficie, proporzionandoſi lo Sbocco in largo, & in profondo; e perciò la Cadente del pelo d' Acqua del Fiume influente, non variandoſi la ſuperficie del Mare, tende ſempre al termine medeſimo; e però è neceſſario, ch' ella ſia più inclinata verſo lo Sbocco in tempo di Piena, che in Acqua baſſa; E perche due linee diverſamente inclinate all' Orizontale, e concorrenti in un punto medeſimo, tanto più ſi ſcoſtano l' una dall' altra, quanto più ſi allontanano dal punto dell' unione; perciò neceſſariamente le Piene devono fare, lontano dallo Sbocco, maggiore alzamento, che vicino al medeſimo. Il che &c.

Per iſpiegare, da quale cagione d'pen-

pendeat varia depreſſæ Aquæ inclinatio, atque etiam altæ, illius rei revocanda eſt memoria, quam *ſuperiori Capite* diximus; repetiri, ſcilicet, mortuas Sectiones, in quibus Aqua non fluit, vel lento fluxu decurrit, magis quàm exigit ejus propria altitudo; & conſequenter eas eſſe quàm opus ſit, majores; inter quas aliæ ſunt Fluminum in ejuſmodi ſitu, qui obnoxius eſt Exundationibus; id eſt Oſtiis proximiores; Hinc fit, ut ſupervenienre Plenitudine, ſufficiat, Aqua ſtagnans vel lento motu agitata, majorem comparet velocitatem ad Oſtium, quod quidem mediocris altitudinis ope conſequitur, quæ priori adjungitur, attentâ ſuperabundante magnitudine Sectionis, & facilitate, quæ Aquæ ineſt ſub motus initium dum creſcit ejuſdem velocitas, eâ multò major, quam habet, prædita ſcilicet egregiâ velocitate; quæ cum non reperiatur in ſuperioribus ſectionis à diſſitis, quæ ſunt vel proportionatæ duntaxat exigentiæ, vel paulò majores; exquiritur in ipſis major velocitatis augmentatio in qualibet Aquæ parte; & conſequenter major corporis altitudo, reſpectu etiam majoris velocitatis præcedentis, ſicut manifeſtum fit conſideratâ Parabolæ naturâ; velocitatis principe Moderatrice.

dipenda la diverſa inclinazione dell' Acqua baſſa, e dell' alta, ſi deve rammemorare ciò, che habbiamo detto nel Capitolo precedente; *trovarſi, cioè, delle Sezioni morte, nelle quali l'Acqua, ò non corre, ò corre lentamente, più di quello eſiga la propria altezza; e che, per conſeguenza, ſono molto maggiori del biſogno; Tali trà l'altre ſono quelle de' Fiumi ne' ſiti, che riſentono i Rigurgiti; cioè le vicine agli Sbocchi; Quindi è, che ſopravenendo la Piena, baſta, che l'Acqua ſtagnante, ò moſſa lentamente, acquiſti velocità maggiore verſo lo Sbocco, il che ſi ottiene con ogni poco d' altezza, che ſi aggiunga alla primiera, atteſa la grandezza ſoprabbondante della Sezione, e la facilità, che hà l'Acqua ſul principio del moto di creſcere in velocità, molto maggiore di quella, che hà, affetta che ſia di velocità conſiderabile; il che non trovandoſi nelle ſezioni ſuperiori lontane dal Rigurgito, che ſono, ò proporzionate ſolamente al biſogno, ò poco maggiori; ſi ricerca in eſſe maggiore accreſcimento di velocità in ciaſchedunа parte di Acqua; e per conſeguenza maggiore altezza di corpo, anche a riguardo della maggiore velocita precedente, come ſi fa manifeſto dal conſiderare la natura della Parabola, primaria Regolatrice delle velocità.*

Corollarium I.

Exinde fit, ut *Flumina, quorum ſatis declivis eſt fundus*; & quæ ideo non ſentiunt impedimenta exundationis longiùs ab Oſtio multùm diſtanti; *brevi ſpatio cum etiam oſten-*

Corollario I.

Quindi è, che i Fiumi, i quali ſono aſſai declivi di fondo; *e che, perciò, non ſentono gl' impedimenti del rigurgito molto lontano dallo Sbocco;* *anche* in poco ſpazio fanno vedere

Digitized by Google

oſtendunt effectum; at è contra *Realia Flumina*, quæ decurrunt cum mediocri declivio; Ideoque obnoxia longiori ſpatio exundationi *eádem gaudent proprietate, in majori, à Mari, diſtantiâ*, quæ tamen numquam ſenſibiliter manifeſtatur, niſi paulò ulteriùs ſitu, unde ipſius exundationis accedit robur.

Corollarium II.

Ex iſto principio etiam pendet apparentiæ ſatis admirabilis Cauſa, quæ multis redditur imperceptibilis; hoc eſt quando influens Flumen reperitur cum modicâ Aquâ propriâ; at cum magna Recipientis exundatione, unde relinquatur mediocre quid vivum Aggeribus, ſeu primi ſpondis; videbitur benemultis, cum ad hoc accedet Plenitudo, ab ipſo ſuperari debere proprios aggeres, inveriſimile enim iis apparet paucis pedibus, aliquandoque paucas Ripæ uncias, quæ ſuperveniunt ad ſuperficiei exundationem ſufficere poſſe, ad continendam ſupervenientem Plenitudinem; atque etiam quando ſimiles deprehenſi ſunt caſus, quibus plenitudo non ſuperavit aggeres, ſublataque fuit aliquantitper ſupra exundationis prædictæ ſuperficiem; at tunc temporis obſervatum eſt, univerſam Aquam, quæ primâ ſpecie, immobilis videbatur, tunc cœpiſſe ad ipſum Oſtium moveri.

Corollarium III.

Ex iis quæ in hoc propoſito dicta

dere queſto effetto; *ma per lo contrario* i Fiumi Reali, *che cammano con poca pendenza; e perciò ſono ſoggetti per più lungo ſpazio al Rigurgito*, godono di queſta proprietà in maggiore diſtanza dal Mare, *la quale però mai non ſi manifeſta ſenſibilmente, che poco più oltre al ſito, dove arriva la forza del Rigurgito medeſimo.*

Corollario II.

Da queſto principio anche dipende la Cauſa d'un'apparenza aſſai ſorprendente, la quale rendeſi impercettibile a molti: & è, che trovandoſi un Fiume influente con poca Acqua propria; ma con un grande rigurgito del Recipiente, che laſci poco di vivo agl' Argini, ò ſponde del primo; ſembra a molti, che, venendo una Piena a queſto, dovrebbe ſormontare le proprie ſponde, parendo loro inveriſimile, che pochi piedi, e tal hora poche oncie di Ripa, che ſopravvanzano al pelo del rigurgito, poſſano eſſere ſufficienti, a contenere una Piena, che ſopravenga; e pure, quando ſono ſucceduti di tali caſi, ſi è veduto, che la Piena non ha ſormontate le ſponde, e ſi è elevata pochiſſimo ſopra la ſuperficie del Rigurgito predetto; ma nell' iſteſſo tempo ſi è oſſervato, che tutta l' Acqua, che prima pareva immobile, hà cominciato a muoverſi verſo lo Sbocco.

Corollario III.

Dal detto in queſto propoſito, ne naſce

ɛta ſunt, hoc ſequitur, quod obſervar P. Caſtellius, ſcilicet ex obſervatione paucarum altitudinis unciarum, effectarum à Fluminis plenitudine, Oſtio proximioris, deduci poſſe multorum Aquæ pedum elevationem in ſuperioribus partibus; at veritati minùs conſentaneum eſt, quod admonet Corollario 14. Flumina Mari proximiora velocitate augeſcere: ſi minùs quantùm liberæ depoſitionis proximitas, conferre poteſt, ad eadem efficienda velociora; at certè ad non intercipiendum eorum decurſum, quantùm in paribus circumſtantiis diutius efficitur.

naſce ciò, che nota il P. Caſtelli, cioè, che dall' oſſervazione di poche oncie di altezza fatta da una Piena di un Fiume, vicino allo Sbocco, ſi può dedurre l' elevazione di molti piedi d' Acqua nelle parti ſuperiori; ma non è già conforme alla verità ciò, ch' egli avverte al Corollario 14. che i Fiumi vicino al Mare, creſcano di velocità; ſe non in quanto la vicinanza dello ſfogo libero, può contribuire a renderli più veloci; ò almeno a non impedire il loro corſo, tanto, quanto in parità di circoſtanze, ſi fà più lontano.

Prop. III.

Si elevatio Aquæ Fluminis ad Oſtium, fiet oppoſiti cujuſdam impedimenti ratione, quod ipſius intercipiat fluxum; & maximè Maris reſtagnatione, vel exundatione plenitudinis alicujus Fluminis recipientis; hoc in caſu magis extolletur Aqua, propior Oſtio, quàm in ſuperioribus partibus.

Quod contingere debere manifeſtum eſt: quippe cum influentis Fluminis ſuperficies inclinetur ad Oſtium, illa interſecatur, in partibus ſuperioribus, mediante lineâ ſuperficiei exundationis. Idem accidit, at cum minori varietate, dum reſtringuntur Oſtia, quibus cogitur Aqua eo in ſitu ſuperficie extolli; quippe propter memoratam reſtrictionem, cum remaneant ſuperiores omnes ſectiones, cum ſuis mortuis latitudinibus, hoc eſt cum Aquis ad ſtagnantes Aggeres; vel omnino retar-

Prop. III.

Se l' alzamento dell' Acque di un Fiume allo Sbocco, ſi farà per cagione di qualche impedimento oppoſto, e ritardante il corſo di eſſo; e particolarmente per lo riſtagno del Mare, ò per rigurgito della Piena di qualche Fiume recipiente; in tal caſo l'Acqua ſi eleverà più, vicino allo Sbocco, che nelle parti ſuperiori.

Ciò è manifeſto dovere ſuccedere, perche eſſendo la ſuperficie del Fiume influente, inclinata verſo lo Sbocco, viene ella ad eſſere interſecata, nelle parti ſuperiori, dalla linea del pelo del Rigurgito. Lo ſteſſo ſuccede, ma con minore divario, nel riſtringimento degl' Sbocchi, che obbliga l' Acqua influente in quel ſito ad alzarſi di pelo; perche a cauſa del riſtringimento accennato, reſtando tutte le ſezioni ſuperiori, colle loro larghezze morte, cioè con Acque alle ſponde, ſtagnanti; ò per tutto ritardate, ſuccede quaſi

tardatæ, idem propemodum accidit, quaſi Flumen omne veniſſet ad ſe ſe reſtringendum; unde, quemadmodum hoc in caſu Aqua magis extolleretur in reſtrictis ſectionibus, quàm in amplioribus, quibus nulla eſſet connexio, vel dependentia è primis; ita eodem prorſus modo, in caſu unius reſtrictionis Oſtii Aqua extolletur longiori tractu; ſed tandem in ſuperioribus partibus magis, nullam parietur elevationem, atque in inferioribus ſemper magis quando iſtæ propiùs accedent ad Oſtium. Quod &c.

Exinde cognoſcitur cauſa, *quâ Fluminis plenitudo, dum Paludem ingreditur, vel Lacum Aquâ vacuum, majori cum velocitate ingrediatur, atque cum minori corporis altitudine, quàm iſta faciat, cùm præfatam reperiat Paludem, vel Lacum in cumulo; licet Plenitudinis quantitas in utroque caſu eadem ſupponatur.* Quippe, in primâ hypotheſi, cum Plenitudo tantam non inveniat in Recipientis Aquâ reſiſtentiam, non ſunt ejus inferiores ſectiones, tandiu retardatæ; idcirco ingreditur majori cum velocitate Aqua, atque per conſequens cum minori Corporis altitudine; at in ſecundo caſu, cùm Recipiens ſit Aqua refertus, influenti reſiſtentias auget, cujus neceſſarium corpus eſt, extollitur pro proportione velocitatis maximè deperditæ, cum adductâ Propoſitionis primæ Regulâ.

Quod ad tertium caſum attinet adductum hujus Capitis initio, nimirum quum flumen influens fundum habet ſui Oſtii infertus ac depreſſius ſuperficie Recipientis, ſed non

lo ſteſſo, che ſe tutto il Fiume s' andaſſe riſtringendo; onde, sì come in queſto caſo l'Acqua s' alzerebbe più nelle ſezioni riſtrette, che nelle più ampie, le quali non haveſſero alcuna conneſſione, ò dipendenza dalle prime; così, nell' iſteſſa maniera, nel caſo del ſolo riſtringimento dello Sbocco, l'Acqua si eleverà per lungo tratto; ma finalmente nelle ſezioni ſuperiori non patirà alcuna elevazione, e nelle inferiori ſempre più, quanto eſſe ſaranno maggiormente vicine allo Sbocco. Il che &c.

Di quì ſi conoſce la ragione, per la quale la Piena di un Fiume, entrando in una Palude, ò Lago ſcarſo di Acqua, v' entra con maggiore velocità, e con minore altezza di Corpo, di quello faccia, trovando la predetta Palude, ò Lago in colmo; abbenche la quantità della Piena ſi ſupponga, nell' uno, e nell' altro caſo, la medeſima. *Poſciache, nel primo ſuppoſto, non trovando la Piena tanta reſiſtenza nell' Acqua del Recipiente, non ſolo le di lei Sezioni inferiori, tanto ritardate; e perciò l'Acqua vi entra con maggiore velocità, e, per conſeguenza, con minore altezza di corpo; Ma nel ſecondo caſo, eſſendo il Recipiente colmo d'Acqua, accreſce le reſiſtenze, all' Influente, il cui corpo è neceſſario, ſi alzi a proporzione della velocità maggiormente perduta, colla Regola addotta nella Propoſizione prima.*

Ciò, che ſia per ſuccedere nel terzo caſo, addotto ſul principio di queſto Capitolo; cioè, quando il Fiume influente hà il fondo dello Sbocco più baſſo della ſuperficie del Recipiente, ma non

non quantùm ſufficit ad dandum locum omni aquæ decurrenti; facilè deducitur ex dictis hactenus, in duorum aliorum caſuum examine; Ideò juxta illa, ſequentia Corollaria proponi poſſunt.

Corollarium I.

Si quidem raro ſatis apparet, *quod Influentis ſuperficies non explicetur ſupra illam Recipientis, ſed ſuſtentetur in partibus ſuperioribus, efformetque Oſtio turgidum ſtatum, ad influxi partem inclinatum*, qui illius lapſus ope adverſus aggeres operabitur, tentando eos dilatare mediantibus Corroſionibus; quod cùm fieri non poſſit, ſicut exempli gratiâ, ſi Aggeres Saxei forent, ejuſmodi ſtatus turgidus conſervaretur ut antea; at cùm dilatetur Oſtium, ita & ſuperficies, pro ratâ portione deprimetur.

Corollarium II.

Verùm quia tandiu accidere turgiditas illa debet, quandiu, *Oſtii Sectio* remanet minor, quàm par eſt; iſta *imminuetur, tolleturque etiam omnino, tùm ex imminutione Aquæ Fluminis influentis; cùm ex elevatione ejuſdem in Recipienti*; quippe in utroque caſu remanet Sectio aucta; è contra *manifeſtabitur turgiditas, ſeu dum creſcet Aqua in Influenti, ſeu cùm imminuitur in Recipienti*; Quod etiam accidit in quibuſdam Cataractis iiſque, quæ manifeſtantur in depreſſo Flumine minoribus, quæ obſervavi non poſſunt in Plenitudinibus majoribus.

non quanto baſta per dar luogo a tutta l'Acqua corrente per eſſo, è facile a dedurſi dal detto ſin' hora nell' eſame degl' altri due Caſi: e però, in queſto propoſito, ſi ponno proporre i ſeguenti **Corollari.**

Corollario I.

Poiche appariſce aſſai chiaramente, che la ſuperficie dell' Influente non ſi ſpianerà sù quella del Recipiente, ma ſarà ſoſtentata nelle parti ſuperiori, e formerà allo Sbocco un gofiamento, inclinato alla parte dell' influſſo, *che con tale caduta agirà contro le ſponde, tentando di allargarle colla Corroſione; il che non potendo ſuccedere, come per eſempio, ſe le ſponde foſſero di ſaſſo, conſervaraſſi detto gonfiamento nello ſtato di prima; ma, allargandoſi lo Sbocco, anche la detta ſuperficie, in proporzione, s'abbaſſerà.*

Corollario II.

Ma perche in tanto deve ſuccedere il gonfiamento predetto, in quanto la Sezione dello Sbocco *reſta minore del biſogno*; ſcemeraſſi *ella, & anco* toglieraſſi affatto, sì per la diminuzione dell' Acqua del Fiume influente; sì per l'alzamento della medeſima nel Recipiente; *perche nell' uno, e nell' altro caſo, la Sezione reſta in proporzione accreſciuta; & al contrario*, ſi manifeſterà il gonfiamento, ò coll' accreſcerſi dell' Acqua nell' Influente, ò col callare nel Recipiente; *il che anche ſuccede in alcune Cateratte delle minori, che ſi manifeſtano in Fiume baſſo, e non ſono oſſervabili nelle Piene maggiori.*

Corollarium III.

Re quidem ipſâ *præfata turgiditas ſpecies eſt cujuſdam exigua Cataracle*, quæ pro circumſtantiarum varietate, modò dabit lapſum liberum, modò velocius Fluentum, quandoque etiam, hoc eſt, quando inferiori parte Flumen turgidum eſt, non inſignem producet effectum. *Ejuſmodi ſunt mutationes cadentis è Fluminis fundo, ex unâ minori inclinatione, ad aliam majorem*; quippe nulla impedit, quin ultima cadentis minùs inclinatæ Sectio, non conſideretur quaſi Oſtium quoddam præfatæ ſpeciei: *Cujus naturæ ſunt anguſtiæ, quas efficiunt Pontium Caſtella in Fluminis Sectionem in eo ſitu*, ſub quorum Fornicibus ut plurimùm, deprehenduntur Aquæ fluxus ſui robur augere; cùm non varietur effectus, modò Aqua, ſeu mediante fundi elevatione, ſeu Sectionum anguſtiâ, cogatur ad extollendum ſe ſe corpore, nec poſſit comparatam altitudinem retinere, in inferioribus Sectionibus.

Corollario II.

In fatti detto gonfiamento è una ſpecie di picciola Cateratta, *che, ſecondo la diverſità delle circoſtanze, hora farà una Caduta libera, hora una Corrente più veloce, & alle volte, cioè, quando il Fiume è groſſo dalla parte di ſotto, non farà effetto oſſervabile.* Di tal genere ſono le mutazioni delle cadenti del fondo de' Fiumi, da una minore inclinazione, ad una maggiore; *poiche nulla impediſce, che l' ultima Sezione della cadente meno inclinata, non ſi conſideri per uno Sbocco della ſpezie predetta:* Della ſteſſa natura ſono le anguſtie, che fanno i pilaſtri de' Ponti alla Sezione del Fiume in quel ſito, *ſotto gl' Archi de' quali, per lo più, ſi vedono l' Acque accreſcere la forza del corſo; poiche non ſi varia l' effetto, purche l' Acqua, ò per l' alzamento del fondo, e per la ſtrettezza delle Sezioni, ſia obbligata, ad elevarſi di corpo, e non poſſa mantenere l' altezza acquiſtata, nelle Sezioni inferiori.*

Corollarium IV.

Manifeſtum eſt etiam, *Aquam, quæ tumeſit in Recipientis ſuperficie, gaudere poſſe majori velocitate, quàm illam quæ ex Sectione ſuperet eadem cum Oſtio*, attento reſiſtentiarum defectu illi, & non iſti; ſicuti liquet, *cùm dirigatur iſtâ velocitate ad fundum, aliquem ab ipsâ Gurgitem productum iri*; qui effectus ſatis frequens eſt, non ſolùm illius, ſed etiam multarum aliarum Cauſarum in Fluminum Oſtiis.

Corollario IV.

Egli è anco manifeſto, che l'Acque, la quale gonfia ſopra la ſuperficie del Recipiente, può godere d'una volocità maggiore di quella del reſtante della Sezione *medeſima* allo Sbocco, *atteſa la mancanza delle reſiſtenze a queſta, e non all' altra; ſi come è chiaro, che* dirigendoſi detta velocità verſo il fondo, vi cagionerà qualche Gorgo: *effetto aſſai frequente, non ſolo di queſta; ma ancora di altre Cauſe, negli Sbocci de' Fiumi.*

Corol- Corol-

Corollarium V.

Unde manifeſtatur profectò Cauſa, quæ, *ſi tempore ingentium, vel Exundationum, vel Reſtagnationum, fiant depoſitiones in Alveorum fundo, vel Oſtiorum Fluminum; non creſcunt unquam iſta tantùm, ut impediant explanationem Aquæ ſuperficierum alterum cum aliis*; quippe ſi magis excreverint, tumefieret Influentis ſuperficies in illam Recipientis, ſuccederentque vel effectus adducti ad *Corollarium primum*; vel etiam de novo (quod quidem facilis foret) vi Fluentis majoris ad excavandum fundum veniret; Idcirco attemperantur effectus, ita ut ea omnis contingat Alluvio, quæ fieri poſſit, nec Aqua, mediante ſuperflua Sectionis teſtrictione, tumefieri poſſit.

Faucium directio eſt una è præcipuis circumſtantiis, quam conſiderari hac in mater â oporteat; quippe ex ipſa oriantur modo boni, modò peſſimi effectus. Quod convenit cum Regulis, vel cum Naturæ neceſſitate, quod ---

Prop. IV.

Influentium Fluminum Fauces ſubvenire debent, cum directione ultimi Trunci, ipſorum Alvei, recipientis Fluminis Filo.

Sit AB Recipientis Fluminis Filum, ejuſque directio ab A in B, ſupponamuſque influens Flumen deferatur inter Aquas ſuas, ſecundum lineam DC perpendicularem illi

Corollario V.

Quindi pure appariſce la Cauſa, per la quale, ſe bene ne' tempi de' grandi, ò Rigurgiti, ò Riſtagni, ſi fanno delle depoſizioni nel fondo degl' Alvei, ò degli Sbocchi de' Fiumi, non creſcono però eſſe mai tanto, da impedire lo ſpianamento delle ſuperficie dell'Acqua, l'una con l'altra; *poiche, ſe più creſceſſero, gonfierebbe il pelo dell' Influente ſopra quello del Recipiente, e ſuccederebbero, ò gl' effetti addotti al* Corollario primo; *ò pure di nuovo (il che ſarrebbe più facile) verrebbe, per la forza della Corrente maggiore, ad eſcavarſi il fondo; e perciò ſi attemperano gl' effetti, di maniera, che ſucceda tutta quella Alluvione, ch' è poſſibile a farſi, ſenza che l'Acqua, per ſoverchio riſtringimento della Sezione, poſſa gonfiare.*

La direzione delle Foci è una delle principali circoſtanze, neceſſarie da conſiderarſi in queſta Materia; poſciache da eſſa derivano, hora buoni, hora peſſimi effetti. Quello che s'accorda alle Regole, ò alla neceſſita della Natura, ſi è, che ---

Prop. IV.

Le Foci de' Fiumi influenti devono ſecondare, colla direzione dell' ultimo Tronco del loro Alveo, il Filone del Fiume recipiente.

Sia AB il Filone del Fiume Recipiente, e la direzione di eſſo da A in B; e ſupponiamo, che il Fiume influente vi porti dentro le ſue Acque, ſecondo la linea DC perpendicolare alla

illi A B. Itaque cùm motus, ex Staticæ Principiis, tantò minus alia ab aliis impediantur, quantò minores ſunt anguli, qui efficiuntur à ſuarum directionum lineis (ita ut impedimentum eſſe nullum poſſit, quando præfatæ lineæ parallelæ ſunt, ad eamdemque partem tendentes) inde ſequitur quod cum offendat A C Fluentum D C ad angulum rectum, viciſſim impedirentur; idcirco directio D C retinere non poterit lineam primam; abduceturque, ut ita dicam, in D G, eo ipſo tempore, quo Filum G B concitabitur directione D C, vel D G in G H, efficiendo angulum H G B majorem, vel minorem, pro ratâ portione, quæ eſt velocitati A B illi D C; unde fit, cum ſatis magna ſit ejuſmodi proportio, prout accidit ſæpiſſimè, ut exigua admodum ſit influentis Fluminis velocitas, habitâ ratione impedimentorum refluxûs vel reſtagnationis, illa verò A B nullatenus, vel leviſſimè alteretur; erit neceſſariò angulus H G B inſenſibilis, & tantò minor, quantò acutior fuerit angulus A C D, vel A G D; itaque cùm accidat ut in D G Ripa ſit apta ad ferendam corroſionem, iſta efficietur ex parte D G, atque lentior factus cum ſit Aquæ motus ad D C, ibi fiet Alluvia, reſilietque Oſtium omne in D G. Sed quia, dum imminuitur angulus A G D, imminuitur pariter impetus à Fluento effectus A B in D G; & quia etiam ripæ Solum, debet habere aliquam reſiſtentiam, ut corrodatur (quam ſemper ſupponimus eandem) ideo, ſi Potentia A G in
D G

alla A B. Perche dunque i moti, ſecondo i Principi della Statica, tanto meno s' impediſcono l'un l'altro, quanto minori ſono gl'angoli, che fanno le linee delle loro direzioni (di maniera che non può eſſervi impedimento veruno, quando le linee predette ſono paralelle, e tendenti alla ſteſſa parte) ne ſiegue, che, incontrando A C la corrente D C ad angolo retto, s'impediranno vicendevolmente; e perciò la direzione D C non potrà retinere la primiera linea; e ſarà, per così dire, ſtraſcinata in D G, nello ſteſſo tempo, che il Filone G B ſarà ſpinto dalla direzione D C, ò D G, in G H, facendo l'angolo H G B maggiore, ò minore, ſecondo la proporzione, che hà la velocità di A B a quella di D C; ond'è, ch'eſſendo tal proporzione aſſai grande, come, per lo più ſuccede, per eſſere la velocità del Fiume influente pochiſſima, a riguardo dell' impedimento del riſluſſo, ò riſtagno, e quella di A B in niun modo, ò pochiſſimo alterata; neceſſariamente ſarà l'angolo H G B inſenſibile, e tanto minore, quanto più acuto ſarà l'angolo A C D, ò A G D; Incontrandoſi adunque, che in D G vi ſia Ripa atta a patire corroſione, queſta ſi farà dalla parte di D G, e rallentandoſi il moto dell' Acqua verſo D C, ivi ſi farà l'Alluvione, e lo Sbocco ſi volterà tutto in D G. Ma perche, ſminuendoſi l'angolo A G D, ſi ſminuiſce anco la forza, che fà la Corrente A B contro la D G; e perche ancora il Terreno della ripa, biſogna pure, che habbia qualche reſiſtenza all' eſſe corroſo,

Digitized by Google

D G erit ea quæ ſuperet ripæ reſiſtentiam; nova corroſio fiat neceſſe eſt, uſque in D F, vel in D E B; & tunc Oſtii ſtabilietur ſitus, quando mediante obliquitate ripæ D E B, vis adhærentiæ partium Solo, ea remanebit quæ nullatenus cedat Fili A B impreſſionibus, quæ remanſerunt minores, propter acumen anguli A B E. Fieri igitur non poteſt ut ſtabiliatur Oſtii directio in D C, ad angulum rectum cum Fili fluento A B; & conſequenter neceſſe eſt ut feratur in D E B, ſecundùm A B. Quod &c.

roſo, (che ſupponiamo ſia ſempre la ſteſſa) perciò, ſe la Potenza di A G contro D G ſarà tale da ſuperare la reſiſtenza della ripa; per neceſſità ſi farà nuova corroſione, ſino in D F, overo in D E B; & all'hora ſtabiliraſſi la ſituazione dello Sbocco, quando per l'obbliquità della ripa D E B, la forza dell'aderenza delle parti del Terreno, reſterà tale da non cedere all' impreſſioni del Filone A B, reſe minori per l'acutezza dell'angolo A B E. E' adunque impoſſibile, che ſi mantenga la direzione dello Sbocco in D C, ad angolo retto colla corrente del Filone A B; e per conſeguenza è neceſſario, che ſi porti in D E B, a ſeconda di A B. Il che &c.

Corollarium I.

Multò major erit Fluenti A B impreſſio in directionem D A, inclinatam ad ipſius oppoſitum; quippe non ſolùm, cum ſit directio A B validior illâ A D, *eam coget ad reſiliendum ſupra*; & conſequenter ad corrodendam Ripam; ſed etiam per oppoſitionem D A, *fient validiſſimi Vortices*, ad deſtruendas Ripas, *atque Fluentum A B, operando in angulum D A B* cum continuâ percuſſione, eundem *demum conteitabit, retropelletque Oſtium* v. g. in K C, factâ Alluvione ex parte K A.

Corollario I.

Molto maggiore ſarà l' impreſſione della Corrente A B contro la direzione D A; inclinata all' oppoſto di eſſa; *perche non ſolo, eſſendo la direzione A B più valida della A D*, la sforzerà a rivoltarſi all' in giù; *e per conſeguenza a rodere la Ripa; ma ancora, per lo contraſto della D A*, ſi faranno Vortici potentiſſimi, *a rovinare le Ripe*, e la Corrente A B, operando contro l'angolo D A B *col continuo batterví, finalmente* lo ſpunterà, e rivolterà lo Sbocco *v. g. in K C, facendoſi l' alluvione dalla parte di K A.*

Corollarium II.

Supra memorati effectus illi omnes majori cum facilitate producentur, ſi recipientis Fluminis Filum, conſtrin-

Corollario II.

Tutti i detti effetti ſuccederanno con maggiore facilità, ſe il Filone del Fiume recipiente ſi ſtringerà

getur adverſus Ripam, *in quâ apertum eſt Oſtium*; atque difficiliùs pugnabit pars oppoſità, ſed omnibus modis ſemper operabitur Natura, ad retropellendum ſeriùs ocyus Oſtium ſecus Filum Recipientis.

contro la Ripa, nella quale è aperto lo Sbocco; *e più difficilmente, ſe batterà la parte oppoſta; ma in tutte le maniere la Natura opererà ſempre, per rivoltare, ò preſto, ò tardi, lo Sbocco a ſeconda del Filone del Recipiente.*

Corollarium III.

Inde manifeſtum eſt, quod, *ſi poſtremi Trunci aggeres influentis Fluminis, non poſſint corrodi, nihilominus Oſtii ſitus alterabitur*; quo non obſtante, ſemper major erit Aquæ impetus ex parte curſûs Recipientis.

Corollario III.

Quindi è manifeſto, che, ſe le ſponde dell'ultimo Tronco del Fiume influente, non potranno eſſere corroſe, nè meno ſi alterarà la ſituazione dello Sbocco; *ma, ciò non oſtante, ſempre maggiore ſarà lo sforzo dell'Acqua dalla parte del corſo del Recipiente.*

Corollarium IV.

Si multùm velox erit Influens, Recipiens verò valdè tardum, tunc prioris ingreſſus ſecundi Filum retropellere poterit; idcirco cum plenum Influens ſit, Flumen autem Aquâ onuſtum, multò magis progredietur illius decurſus in hujus Alveum, quàm ſi utrumque foret in ampliſſimis plenitudinibus; in quo caſu ſtabilietur Influentis Aqua, per longum tractum, ex parte Ripæ, in qua ſectum eſt Oſtium, donec irregulares majoris Fluminis motus, præſertim in Receptaculorum curvitatibus, unà omnem Aquam confundunt; quod reverà obſervatur accidere, quando influens Flumen turbidum ingreditur Recipiens, quod limpidam Aquam defert, vel è contra.

Corollario IV.

Se l' Influente ſarà molto veloce, & il Recipiente molto tardo, all' hora l' ingreſſo del primo potrà rivoltare il Filone del ſecondo; *e perciò eſſendo l' Influente pieno, & il Fiume recipiente ſcarſo d' Acqua, molto più ſi avanzerà il corſo di quello nell' Alveo di queſto, che ſe l' uno, e l' altro foſſero nelle maſſime Piene; nel qual caſo l'Acqua dell' Influente ſi manterrà, per lungo tratto, dalla parte della Ripa, nella quale è tagliato lo Sbocco, ſin tanto che i moti ſregolati dell' Fiume maggiore, particolarmente nelle curvità delle Botte, confondanno tutta l' Acqua inſieme: e ciò in fatti ſi oſſerva ſuccedere, quando il Fiumi influente entra torbido in un Recipiente, che porti Acqua chiara, ò al contrario.*

Corol- Corol-

Corollarium V.

Unde manifeſtus fit *eorum error*, *qui contendunt*, *Fluminum influentium Oſtiis*, *gigni curvitates*, *& Receptacula in oppoſitis Recipientium ſpondis*; quod eò verius erit, ſi deferat Saxa Influens, Recipiens verò minimè; vix illud verificari poteſt, quando utrumque fluit in ſabulo; cùm demonſtratum fuerit, majoris Fluminis Fili velocitati, ſæpius eſſe ſenſibilem proportionem cum câ influentis ad Oſtium Fluminis.

Corollario V.

Da ciò ſi manifeſta l' errore di quelli, i quali pretendono, che gli Sbocchi de' Fiumi influenti, cagionino delle curvità, e delle Botte nelle ſponde oppoſte de' Recipienti; *il che*, *quantunque ſia vero*, *ſe l' Influente porti del Saſſo*, *& il Recipiente nò*; *appena può verificarſi*, *quando l' uno*, *e l' altro corrono in ſabbia*; *eſſendoſi dimoſtrato*, *che la velocità del Filone del Fiume maggiore*, *molte volte non hà ſenſibile proporzione con quella del Fiume Influente*, *allo Sbocco.*

Corollarium VI.

Si verò fuerint duo Torrentes, *& accedente Influentis plenitudine*, *alterius non veniat plenitudo*; *hoc in caſu*, *nonnihil timendum foret*; ſi tamen latitudo Alvei Recipientis non eſſet ejuſmodi, ut influxus non poſſet retardare velocitatem; Hinc fit ut in ſimilibus caſibus, maximè, *cum Aquæ quantitas*, *æqualeſque velocitates*, *quod primum Flumen Alveum communem ingreditur*, *ſtabiliat Filum ſuum*, *nullâ habitâ ratione Fluenti illius*, *quod ſupervenit*, licèt aliquantiſper à prioti ſitu alteratum.

Corollario VI.

Se *però* ambidue foſſero Torrenti, e che venendo la Piena dell'Influente, non veniſſe quella dell' altro; *in tal caſo* ſi potrebbe temere qualche coſa; *ſe però la larghezza dell'Alveo del Recipiente non foſſe tale*, *che poteſſe ritardare la velocità dell' influſſo*; *quindi è*, *che in caſi ſimili*, *particolarmente* eſſendo le quantità dell'Acqua, e le velocità eguali, quel Fiume, che prima entra nell' Alveo commune, mantiene il ſuo Filone a diſpetto della Corrente di quello, che ſopraviene, *abbenche qualche poco alterato dalla primiera ſituazione.*

Corollarium VII.

Fluminum in Mare Oſtia, *coguntur ejuſdem Fluentis obſecundare*, ſint iſta vel perpetua vel temporaliter à Ventis producta; inde fit, ut

Corollario VII.

Gli Sbocchi de' Fiumi nel Mare, ſono pure obbligati a ſecondare le Correntie di eſſo, *ſiano queſte*, *ò perpetue*, *ò cagionate temporaneamente*

ut Romaniæ Flumina, & Ferrariæ retropellant Oſtia ad dexteram, quippe Adriatici Fluentum perſtringit Italiæ littus, Venetiis ad Bariſienſem otam proficiſcens; aliiſque in locis nimboſi Venti cogunt Flumina aperire ſibi novas Fauces, in opertis locis, vel eorum vehementiores impetus obſecundant equidem Maris Fluenta, ſi lenta ſunt non habent vim magnam ad prædictum effectum producendum; at quando nulla vis obſtat, quidquid in ſe eſt, indeſinenter faciunt.

mente da' Venti; quindi è, che i Fiumi della Romagna, e del Ferrareſe, rivoltano gli Sbocchi a deſtra, perche la Correntia dell' Adriatico rade il lido dell' Italia partendoſi da Venezia verſo la Terra di Bari; & in altri luoghi i Venti boraſcoſi obbligano i Fiumi, ad aprirſi nuove Foci in luoghi coperti, ò ſecondanti la furia di eſſi. Vero è, che le Correntie del Mare, ſe ſono lente, non hanno gran forza per cagionare l'effetto predetto, ma pure, quando nulla vi oſti, non laſciano di fare quello, che ponno.

Corollarium VIII.

Et quoniam, *in Faucibus influentium Fluminum, ſiunt Vortices*, & conſequenter *Gurgites*; *ſæpiùs prædictorum Fluminum Oſtia, totidem ad Recipientis Filum advocántur*, ut ad eorum partem concitentur; contendit tamen ſemper Influentis vis, ad repellendum illud, ſaltem cum Aquis ſuis inſinuari valet intra Recipientis Filum, contiguumque ejuſque aggerem, apud quem, ſicuti ſupra dictum fuit, per aliquod ſpatium decurrere perſeverant aliæ ab aliis ſejunctæ; *quod etiam obſervatur, in Oſtiis ad Mare*, quando ventus aliquis cogit ejus Aquam, ad captandum fluxum ad partem determinatam.

E pravo Oſtiorum ſitu, manifeſtè apparet, multoties evenire debere damnoſos effectus, quibus in diſcrimen adducuntur Aggeres, quandoque etiam inundationes pariunt, quod reſiſtentiæ Vulgus tribuit, Flu-

Corollario VIII.

E perche nelle Foci de' Fiumi influenti, per lo più, ſi fanno de' Vortici, e *per conſeguenza* de' Gorghi; ſono frequentemente gli Sbocchi di detti Fiumi, altertante chiamate al Filone del Recipiente, *per iſpingerſi alla parte di eſſi; contraſta però ſempre la forza dell' Influente per ribatterlo, almeno tanto da inſinuarſi colle ſue Acque trà 'l Filono del Recipiente, e la di lui ſponda contigua, preſſo la quale, come ſi è detto di ſopra, durano per qualche ſpazio a correre ſeparate dalle altre*; e lo ſteſſo ſi oſſerva anche negli Sbocchi al Mare, *quando qualche Vento obbliga l'Acque di queſto, a prendere corſo verſo una parte determinata.*

Dalla mala ſituazione degli sbocchi, ſi vede chiaramente, che devono molte volte ſuccedere effetti dannoſi, i quali mettono in pericolo gl' Argini, & alle volte cagionano delle inondazioni, il che dal Volgo

Digitized by Google

Flumini ad Oſtium influenti obviæ; ideoque ſatiùs eſſet, hoc in caſu, conferre influenti Flumini optimæ directionis Fauces, quam aggredi, vel pertinaciter conſervare pravam Oſtii diſpoſitionem, vel diverſiones impenſis multis, atque ſæpius minùs rectè excogitatis. Is eſt Naturæ finis, dum aperit uni Flumini Fauces multas; licèt tarò admodùm utatur omnibus ad iſtius Aquam deponendam, eam eligendo, datis occaſionibus, quâ facilior eſt atque expeditior exitus; quod maximè obſervatur in Maris Littoribus, undæ cujus, propter Ventos, ad hanc modò, & modò ad illam decurrunt. Admonere porro debemus, Oſtiorum mutationem fieri mediante lineæ dilatione quæ facere poſſit, ne Fluminis fundus inde plus æquo attollatur, & longius à principio ſuo Fauces diſcriminentur; cùm ſit, prout ſuperiùs dictum eſt, Oſtii fundus baſis, quâ Fluminis cujuslibet Cadens innititur.

go viene attribuito alla reſiſtenza, che incontra il Fiume influente allo Sbocco; e percio meglio ſarebbe, in tal caſo, provedere il Fiume influente di una Foce di buona direzione, che d' intraprendere, ò oſtinatamente di conſervare la mala ſituazione dello Sbocco, ò di fare delle diverſioni diſpendioſiſſime, & alle volte mal' inteſe. Tale è il fine della Natura, nell' aprire che fa molte Foci ad un Fiume ſolo; abbenche rare volte ſi ſerva di tutte per iſcarico dell' Acque di eſſò, eleggendo, ſecondo le occaſioni, quella, per la quale è più facile, e più ſpedito lo ſfogo; e ciò principalmente ſi oſſerva à' Lidi del Mare, l' Onde del quale, per cauſa de' Venti, hora ſcorrono ad una parte, hora ad un' altra. Si deve però auvertire, che la mutazione degli Sbocchi ſi faccia col minore allungamento di linea, che ſia poſſibile, per non fare elevare di troppo il fondo del Fiume, coll' allontanare la Foce dal ſuo principio; eſſendo, come ſi è detto, il fondo dello Sbocco, la baſe, ſù la quale s' appoggia la Cadente di qualſiſia Fiume.

CAPUT IX.

De multis, Fluminibus ſimul unitis, eorumque effectibus.

EST ea quidem egregia Naturæ ars in coadunandis ſimul Fluminibus, ut ita conjuncta Oſtium eorum ad Mare efficiatur; neceſſitatis etiam aliquando effectus eſt, quæ non finit Fluminis decurſum, à Fluminis decurſu ſeparari, ſeu me-

CAPITOLO IX.

Dell' unione di più Fiumi inſieme, e loro effetti.

E Un artificio aſſai rimarcabile della Natura quello d'accoppiare Fiumi a Fiumi, e di mandarli così uniti a sboccare nel Mare; e tal'hora è anche effetto di una neceſſità, che non permette il corſo di un Fiume, ſeparato da quello d'un altro,

Digitized by Google

mediante eâ, quam præ ſe fert diſtinctorum Fluminum implicatio; ſeu declivii ope, quod Aquis viam oſtendat, quâ facilior iis dari poſſit exitus; eaſdemque cogat ſæpius certum quemdam determinatum captare. Quæ tamen neceſſitas, vel numquam, vel rarò admodum ſine utilitate quâdam accidit, quam in Alveum unum congregatæ ſimul Aquæ plurimæ, afferunt, ita ut ab unâ Naturâ videatur inſtituta, quâ tanquam efficaciſſimo medio utitur, ad ejuſmodi commoda conſequenda, quæ referentur; idcirco artificioſa quædam haberi poteſt neceſitas. Quod ut certiſſimum appareat, ſumatur Geographica quædam Tabula, in quâ delineantur Rivuli omnes, Torrentes, Flumina, quæ vectigales Aquas Reali Flumini afferant, in eâdemque ſimiliter ejus decurſus ad uſque Mare deſcribatur; fiatque ejuſmodi probatio quæ emendet errores, ut ita dicam, quibus inducti ſinguli exiſtimare poſſent, ita eſſe à Naturâ comparatos, in adunandis tenuiſſimorum Fluviorum in unum quoddam ampliſſimum Aquis; deducto ad hunc finem rectà ad Mare omni Aquarum decurſu. In quo faciendo quiſque faciliùs manifeſtum ſibi præſtabit, quanta deberet eſſe Terræ ſuperficiei amplitudo, tot exiguis fluviis neceſſaria; quanta impedimenta, importarent Commercio Viarum multiplicatæ interſectiones: qui obices Agrorum fluxibus opponerentur; & quot aliæ cauſæ eandem in unâ Tabulâ delineationem efficerent difficiliorem, quæ non exigit, nec lapſûs reſpectum, nec

altro, ſiaſi, ò per l' intrecciamento, che porta ſeco la diverſa direzione de' Fiumi diſtinti; overo per lo pendio, che inſegna la ſtrada, all' Acque, per la quale poſſono havere lo ſfogo più facile; anzi le obbliga molte volte a prenderne una determinata. Queſta neceſſità però, ò non mai, ò rare volte, và ſcompagnata dall' utile, che apporta l' unione di più Acque in un Alveo ſolo, di maniera che pare ſolo inſtituita dalla Natura, per ſervirſi di eſſa, come di un mezo efficaciſſimo, per ottenere i vantaggi, che ſi diranno; e perciò può paſſare per una Neceſſità artificioſa. Per aſſicurarſi di ciò, ſi prenda una Carta Geografica, nella quale ſiano delineati tutti i Rivoli, Torrenti, e Fiumi, che tributano le loro Acque ad un Fiume Reale, e nella medeſima ſia parimente eſpreſſo il corſo di eſſo ſino al Mare; e ſi faccia prova di correggere gl' errori, per così dire, che qualcheduno poteſſe credere, eſſere ſtati fatti dalla Natura, nell' unire le Acque di tutti que' Fiumicelli in un ſolo maggiore; indirizzando perciò ogni corſo di Acqua a dirittura verſo il Mare. In ciò fare facilmente ognuno ſi chiarirà, qual' eſſer dovrebbe l'ampiezza della ſuperficie della Terra, neceſſaria per tanti Fiumicelli; quali gl' impedimenti, che frapporrebbero al Commercio le interſecazioni moltiplicate delle Strade; quali oſtacoli ſi opporebbero agli Scoli delle Campagne; e quante altre coſe difficolterebbero la medeſima nuova delineazione ſopra una Carta, che non eſige, nè conſiderazione di caduta, nè livello di

nec perpendiculum Agrorum plani, nec ullam locorum attentionem, ubi illa maximè propendit cum declivio, nec ullam earum circumſtantiarum, quæ ſunt eò magis neceſſariæ, quòd à Naturâ admoneantur, de regulâ, quam Fluminum decurſus captavit; atque ita ut, quemadmodum ego exiſtimo, ſufficere poſſet, ad ab errore revocandos, qui contendunt, rectam Regulam Aquarum conductus eſſe, ut ad Mare deducant Flumina, per lineam rectam, veluti breviſſimam, unico illo innixi fundamento notæ unius proprietatis Trianguli, cujus latera duo ſimul ſumpta, ſunt ſemper tertio majora; exiſtimantque iſti eſſe naturæ erratum quod Flumen deferatur ad aliud in eo ſe ſe depoſiturum, cujus ope Mare petat, hoc eſt, mediantibus lineis duabus, cùm ſine ejuſmodi unione unius lineæ ope, præditæ conſequenter majori declivio, illi ſuppeditare Alveum, & Oſtium, ex eorum opinione, quæ exigentiis proportionarentur.

Quo meliùs etiam appareat Naturæ artificium, prætermiſſa nunc Neceſſitate, quæ variis ex principiis pendet, pro circumſtantiarum varietate, exponendam, demonſtrandamque trademus utilitatem, quæ proficiſcitur è multorum Fluminum in unum Alveum unione, effectuſque ex eâ ſubſequentes.

di piano di Campagna, nè riffleſſo alcuno a' luoghi, dov' eſſa maggiormente declina col pendio, ò ad alcuna delle altre circoſtanze, che ſono altrettanto neceſſarie, quanto bene auvertite della Natura, nel regolare, che hà fatto, il corſo de' Fiumi: e tanto, cred' Io, potrebbe baſtare per diſingannare quelli, che pretendono, che la buona Regola della Condotta delle Acque ſia, d' incaminare i Fiumi al Mare per linea retta, come per la più breve, ſull' unico fondamento della nota proprietà del Triangolo, due de cui lati preſi inſieme, ſono ſempre maggiori del terzo; ſtimando eſſi perciò eſſere un errore di Natura il portarſi di un Fiume a ſcaricarſi in un altro, e per eſſo al Mare, cioè per due linee, quando ſenza tale unione, potrebbe per una ſola linea, dotata conſeguentemente di maggiore declività, provederlo di Alveo, e di Sbocco, ſecondo il loro credere, proporzionati al biſogno.

Per fare anche meglio apparire l'Artificio della Natura, traſandando per hora la Neceſſità, che dipende da vari principi, ſecondo la diverſità delle circoſtanze, ci daremo a ſpiegare, e dimoſtrare le utilità, che riſultano dall' unione di più Fiumi in un ſol Alveo, e gl' effetti ad eſſa ſuſſequenti.

Prop. I.

Si fuerint duo Flumina, latitudine, & profunditate æqualia, atque omnino ſimilia, aliud alii, quorum decur-

Prop. I.

Se ſaranno due Fiumi eguali di larghezza, e profondità, & affatto ſimili, l' uno all' altro, i quali ſcorrano,

decurſus & Oſtium ad Mare ſeparatim fiant; erit ſumma eorum latitudinis eâ majoris, quam haberent, ſi ſimul unita fluerent inter unicum Alveum.

Sint Flumina alterum A B C D, alterum C D E F, quorum latitudines A C, C E æquales ſint; ſintque in aliis circumſtantiis, omnino ſimiles, ſcilicet æqualis profunditatis, æqualis Aquæ corporis, æqualis lapſus &c. Intelliganturque duo iſta Flumina decurrere alia aliis parallela, ſeparata duntaxat à communi aggere CD, qui ſupponitur, verbi gratiâ; Agger contendo ſummam latitudinis A C, C E fore majorem, dum ſeparata fluent Flumina, eo fortaſſè, ſi, ſublato aggine CD unietur Fluminis decurſus A D cum illo C F. Fig. 50.

Quippe certum eſt, quod attentâ aggeris reſiſtentiâ C D, Aquæ tum Fluminis, cum alterius, propè eam intercipietur fluxus; idcirco erit Filum, v. g. in G et H; at ſublato aggere, hoc eſt, demedio ſublatâ reſiſtentiâ aggeris CD, reducentur Fila duo in unum, quod erit in CD, ſicut Alvei pars magis diſſita ab aggeribus A B, E F; erit igitur in C D major Fluminis velocitas, major etiam erit eo qui priùs fuiſſet in G, et H, attentâ majori Fili diſtantiâ C D ab aggeribus; & quoniam Aqua duorum Fluminum ſeorſim fluentium decurrit imp.dita quatuor aggerum reſiſtentiâ; illa verò unitorum eorumdem nullam patitur reſiſtentiam, quàm duorum duntaxat; quæ etiam minor efficitur in Fililoco; hinc ſequitur, ut, quantùm velocitatis ad-

rano, e sbocchino ſeparatamente nel Mare; ſarà la ſomma delle loro larghezze maggiore di quella, che havrebbero, ſe uniti inſieme correſſero dentro un ſol' Alveo.

Siano i Fiumi l'uno A B C D, l'altro C D E F, de' quali le larghezze A C, C E ſiano eguali; e ſiano, nelle altre circonſtanze tutte, affatto ſimili, cioè di eguale profondità, di egual corpo d'Acqua, di eguale caduta &c. E s' intenda, che queſti due Fiumi corrano paralelli, l' uno all' altro, ſeparati ſolamente dalla ſponda commune C D, che ſuppongaſi, per eſempio, un Argine: Dico, che la ſomma delle larghezze A C, C E ſarà maggiore, correndo i Fiumi ſeparati, di quello ſia per eſſere, ſe, levato l'argine C D, s' unirà il corſo del Fiume A D con quello di C F. Fig. 50.

Poſciache egli è certo, che, atteſa la reſiſtenza della ſponda C D, l'Acqua tanto d' un Fiume, che dell' altro ſarà, vicino ad eſſa, impedita nel ſuo corſo; e percio il Filone ſarà v. g. in G, & H; ma levato l'Argine C D, cioè a dire tolta di mezo la reſiſtenza della ſponda C D, ſi ridurranno i due Filoni in un ſolo, che ſarà in C D, come parte dell' Alveo più lontana alle ſponde A B, E F; ſarà dunque in C D la maggiore velocità del Fiume, e ſarà anche maggiore di quello foſſe prima in G, et H, atteſa la maggiore diſtanza del Filone C D dalle ſponde; e perche l'Acqua de' due Fiume ſeparati corre impedita dalla reſiſtenza di quattro ſponde; e quella de' medeſimi uniti non patiſce la reſiſtenza, che di due ſole, la quale ſi rende anche minore nel luogo del Filone; ne ſiegue, che quanto di velocità s' accreſce all' Acqua

additur Aquæ in parte CD, tantùm illius imminuitur juxta aggeres AB, EF; itaque, cum turbida ſit Aqua, in Ripis fient depoſitiones, atque latitudo Alvei AE minor reddetur. Quod &c.

